


**Q**uia met humana cetera in lingua mallet gurgu uerq; in  
uia diuiner h; mox **H**ia uido ds e oia uia ue; feruere **V**  
uestre uerba q; uelle potest uer; pua; **S**ic t; h; ac ualle mnt  
me; d; p; uer; soba h; p; p; o; p; o; r; e; f; e; a; c; h; o; c; a; n; t; e; d; a; **S**u  
g; l; u; e; **S**ic uo u; d; l; p; q; u; d; u; a; c; o; r; o; u; e; t; **S** p; a; r; a; h; a; e; **T** d; c; o; r; u; g; i



FORMV

LAE QVAEDAM, CAV-  
TIBET CITRA SCAN-

dalum loquendi de præcipu-  
is Christianæ doctrinæ

locis, pro iuniorib<sup>9</sup>

Verbi Ministris

in Ducatu

Luneburg

genſi,


VRBANO RHEGIO  
AVTORE,


*1. Corinth. 10.*

*Tales estote, ut nullum præbeatis offen-  
diculum Ecclesie Dei.*

VITEBERGAE,

Anno 1536.





FORMV

LAB QVADAMCAV  
TRETITRA SCAN

datum fopendi de picipio  
la Christiana doctine  
loquio iuniorib  
Vestibular  
in Ducal  
Lincibus  
gent

VRBANO RHEGIO  
AVTORE

Titel effert, de nullum p...  
alium Bedpe Ori

VITERRI GAB  
Anno 1736



VRBANVS RHEGIVS SA  
crarum literarum Tyronibus in  
Ducatu Luneburgensi, Euā  
gelium Iesu Christi an  
nunciantibus ple  
nam Christi cog  
nitioem.



**S**I in omni sermo  
ne viro prudenti, ne  
dum Christiano, sum  
ma cura cauendum  
est, ne lingua men  
tem anteuortat, vt ci  
tra ordinem quiduis  
effutiat. In primis tamen Euangelij mini  
stros acerrima diligentia, quæ in Ecclesia  
Dei locuturi sunt, obseruare & quā ordi  
natisime proferre oportet, ne quod offē  
diculū prebeant simplicibus. Arduissima  
em, vt scripturæ testantur, prouincia est,  
terrore et periculis plena, in Ecclesia Dei  
viventis loqui, vbi procul dubio sedēt filij  
Dei, quibus Angeli ministrant, Vbi vt in  
suo tabernaculo ipse Dominus Deus est  
præsens, om̄ium inspector, spectantibus

A 2 Ange

Angelis et cunctis creaturis, magna ve-  
neratione verbum Dei audientibus. Sic  
enim iubet credere pietas, Omnia sum-  
me reuereri, Verbum Dei, per quod fa-  
cta sunt, præter hominem & diabolum,  
qui horribili ingratitude scelere ob-  
surduerunt, Quod diuus Hieronymus  
intelligens vere dixit, Grande periculũ  
est in Ecclesia loqui, ne forte interpreta-  
tione peruersa, de Euangelio Christi, fiat  
Euangelium hominis, aut quod peius  
est, diaboli. Huc spectant grauissimę ad-  
monitiones Apostoli. Quoties conueni-  
tis (inquit, 1. Cor. 14.) omnia ad ædificati-  
onem fiant, Et ad Colos. 4. Sermo vester  
semper cum gratia sit sale conditus. Et 2.  
Timoth. 2. Stude teipsum probatum ex-  
hibere Deo, operarium non erubescens  
dum, recte secantem sermonem verita-  
tis. Quid hic aliud Paulus docet, quam  
circumspectissime & religiosissime tra-  
ctanda esse, tremenda diuini verbi myste-  
ria: aut quemadmodum Ambrosius mo-  
net, vt oportuno & loco & tempore,  
magistra modestia, religionis verba pro-  
mantur.

mantur. Nam si nostra incogitantia, nostre fidei dogmata, aut vitiamus, aut mutila proferimus ad populum, nec recte secamus verbū Dei, absq̃ dubio pœnas huius temeritatis grauissimas dabimus in die Domini, quando nostræ villicationis ratio reddenda est supremo Iudici. Quare vt iuniores & nondum satis exercitati Tyrones Theologiæ, omnia in docendo scandala euitare facilius queant, conscripsi vobis breuem quandam rationem caute loquendi de præcipuis Christianæ doctrinæ articulis, quam & ego inter concionandum obseruo, qui iam tot annos in plærisc̃ Germaniæ locis nō sine acerbo animi dolore vidi, quam grauit̃ offensa sit Christianorum simplicitas, indisposito illo, insulso & imprudenti dicendi genere, cum nec quid dicant, nec quomodo, aut apud quos, dicant, satis animaduertunt scioli quidam, improuidi, sola eruditionis opinione inflati. Sed proponam exempli gratia aliquot scandalosos sermones, quibus vsi quidam subuertunt animos simplicium, & multos ab

A 3 Euan

Euangelio deterrent. Vt cum quidam raro admodum de poenitentia concionantur, sed tantum de fide & remissione peccatorum, quasi credere Euangelio & remissionem peccatorum accipere possint impoenitentes, cum tamen Euangelium vtrunq; cōplectatur, poenitentiam & remissionem peccatorū, vt habes Luc. vlt. Oportebat prædicari in nomine Christi poenitentiam & remissionē peccatorum, incipiēdo a Ierosolyma vsq; in omnes gentes. Ecce ordinem quem Christus ponit. Primo poenitētia prædicanda est, Et tum sequitur annunciatio remissionis peccatorum. Sunt qui satis vrgent poenitentiā & lege conscientias vehementer terrent, sed easdem consolari Euangelio non possunt, igitur docent poenitentiam mutilam & mancā. Ego expertus sic sentio, pastorem qui locum de poenitētia ignorat, tam vtilem esse ouili Christi, quam vtilis est lupo caulis ouium. Similiter quidam quoties de fide & operibus dogma firmum & clarum est proponendum populo, sic concionantur.

Es ist



Es ist nichts mit vnsern guten wer-  
cken / sie sollen nichts / sie stincken fur  
Gott / Er wil jr nicht / sie machen ei-  
tel gleisner / Es thuts allein der glau-  
be / Wenn du glaubest / so wirstu  
from vnd selig.

Hec excidunt quibusdam sine sale, ni-  
hil addunt, sed truncatum dogma de fide  
& operibus effutiunt, nō dilucidant hæc  
verba sicut oportet. Quid igitur mirum,  
si simplices hinc offenduntur, præsertim  
illi qui vix vnam & alteram Euangelij cō-  
cionem audierunt? Existimant sic fidei  
omnia ascribi, vt opera plane reiiciantur  
& inuutilia sint. Statim igitur cogitant,  
Cōcionator ille est perditus nebulo, qui  
bona opera omnino damnat, quæ tamen  
Christus præstitit, & ea a nobis exigit, &  
posthac de nostra doctrina pessime senti-  
re incipiunt.

Sunt qui simili imprudentia, cum de  
Missa loquuntur, sine omni declaratione  
tantæ rei, tantum sic nugantur.

Die Mess ist ein greuel fur Gott

A 4 man

man sol vnd mus sie fliehen / bey ver-  
lierung ewiger seligkeit / Die pfaffen  
creutzigen Christum noch ein mal in  
der Mess / Die Mess ist kein opffer  
vberal / Es ist des Papsts lere vnd  
fündlin. Bey diesen Worten lassen sie  
es bleiben vnd stecken / on alle weite-  
re erklerung.

Cum hic nihil aliud simplex audit,  
quam hæc verba, quæ tantum destruunt,  
non autem ædificant, quid aliud cogita-  
bit, quam hoc totum quod in Misſa agi-  
tur, nullius esse momenti? Quare deinceps  
etiam cœnam Domini negligit, qua-  
si rem non necessariam, cuius impiæ ne-  
gligentiaẽ authores sunt illi insulsi & au-  
daculi homines, qui nesciunt abusum rei,  
longe & late distinguere a re ipsa, sed  
propter abusum in re, etiam rem ipsam  
abijciunt, persimiles his, qui preciosa mar-  
garita in luto inuenta, eam mox propter  
lutum adherens, tanquam inutilem peni-  
tus abijciunt, nec margaritam a luto e-  
mundant & seruant, Hic caute agendum  
est, &

est, & coena Domini accurrate est separanda ab ijs inuentionibus, quas vel superstitio vel auaritia Papistarum addidit Coenae, vt clare populus intelligat, nos tantum damnare additamēta hominum, quæ contra fidem pugnant, non autem damnare Missam Christi & Apostolorum, hoc est, coenam Domini, vel venerabilissimum Sacramentum altaris.

Quidam dum de lege diuina eiusque officio, apud plebē doctrinam Pauli docere conantur, nō erubescunt sic docere.

Die Zehen gebot sind vns nicht gegeben worden / das wir sie halten sollen.

Hic sermonem abrumpunt, & alio properant, vbi maxime opus esset, prolixius & clarius ostendere, cur data sit Lex cum tamen peccatorem non possit iustificare. Certe qui talia audiunt, nisi Paulum exacte intelligant, non possunt non offendi. Statim enim cogitant, in meditatione aut exercitio Legis ac bonorum operum, non esse versandum, & porro licere vt furemur, adulteria perpetremus

A 5 & cæ

& cædes, tam impie enim voces publice  
audiuntur ab eis, post auditas tam insula-  
sas conciones.

De Libero arbitrio item sine iudicio,  
& inepte quidã sic garriunt apud populũ.  
Wir haben keinen freien willẽ vber-  
al / was wir thun / das müssen wir  
thun. Hic nihil addunt quo sermo ille  
mitigetur, & relinquunt aculeos in men-  
tibus rudium, qui statim cogitant, Si om-  
nia facio coacte & nihil libere, quomo-  
do differo a bestijs, quomodo possum  
cauere peccata. Si igitur coactus pecco,  
cur accusor transgressionis? Et ita prebent  
illi imprudentes homines occasionem  
vulgo, vt Deum putet esse autorem pec-  
catorum, quod est blasphemum, Deus  
enim non est autor peccati, sed suam vo-  
luntatem nobis per Legẽ reuelauit, nem-  
pe quod odit peccatum, quippe quod ip-  
se tanta austeritate prohibet et punit tem-  
poraliter & æternaliter.

Similiter de arduo prædestinationis  
Articulo, nulla simplicium ratione habita-  
ta, supra modum scandalose quidem lo-  
quuntur,

quuntur, cum sermonem moderari & in  
tra septa Paulinæ doctrinæ manere pos-  
sent. Nam hæc interdum eorum verba  
sunt. Bistu von Gott zur seligkeit ver-  
sehen / so kanstu nicht verdampt wer-  
den / Du thuest was du wöllest / bö-  
ses oder guts. Hic auditores aut effre-  
nes fiunt & omnium legum contempto-  
res, aut desperant, sicq; blasphemant.

Was wolt ich mich viel mit fasten  
beten / almosen geben / meinem nehe-  
sten verzeihen / vnd der gleichen gu-  
ten wercken beladē vnd martern / Un-  
ser Pfarherr spricht / es helffe mich  
nichts / Ich wil ein gut gefelle sein /  
vnd nichts sorgen / Bin ich versehen  
so werde ich selig / Bin ich nicht ver-  
sehē / so fare ich hin mit dem grossen  
hauffē / Ich thu gleich was ich wöl-  
le / so gilts gleich viel.

Sic ratio humana certissime blasphe-  
mat, quoties audit talē nugatorē, qui tam  
illoto ore, tam indigno sermone, de sacro  
sancto illo Electionis mylterio blaterat.

Nein es.

Nein es gilt nicht gleich viel / was du  
thuest / Denn wir sehē das Christus  
Math. 25. spricht / Kompt jr gebene  
deiten meines Vaters / besitzet das  
Reich / welchs euch von anbegin der  
welt bereit ist / Mich hat gehungert /  
vnd jr habt mir zu essen gebē etc. Die  
hörestu / Wer guts thut / der wird se  
lig / wer böses thut / vnd drinn ver  
harret / der wird verdampt.

Idem accidit in articulo de Christiana  
libertate, quem indocti tam ignoranter  
& impie tractant, vt rudes opinentur  
Christianos nemini quicquam debere,  
liberos esse ab omnibus legibus, & non  
subiectos Magistratibus, sylvas, agros, vi  
neas, lacus, prædia & villas, omnia denique  
esse cōmunia omnibus, non esse persol  
uendas decimas, aut tantos redditus. Bre  
uiter, quiduis licere quibuslibet. Ex igno  
rantia huius articuli ortum est bellum  
Agricolarum, Anno Dnmini 1525. in  
quo occisa sunt centum milia virorum,  
in Sueuia, Franconia, Turingia & Alsa  
tia. Ego

tia. Ego noui quendam Magistrum Parisiensem, qui hoc modo patrocinebatur rustico Lindoiæ coram Abbatisa, cui rusticus erat seruus ad onera seruitutis ciuilibis obnoxius. Eia generosa domina, non licet vobis pauperes habere tali seruitute pressos, a quibus hæc omnia exigatis, quia Christus nos redemit & liberauit suo sanguine. Ecce senex ille Magister, & 40. annorum prædicator, nondum intellexit libertatē, quam habemus in Christo, & politicum mundi regnum, ac spirituale Christi regnum inepte confudit. Egregius scilicet honor, quem Christo tribuit, quod nos ab oneribus ciuilibus liberarit, & libertatem carnalem contulerit, de peccatis & Iustificatione nihil intellexit aut docuit, suum referens Gymnasium, quod in hunc vsq; diem seruit Antichristo. Expertus loquor. Tales conciones stolidæ, impiæ & seditiosæ de libertate Christiana multos viros ingenio & eruditione conspicuos, ab Euāgelio deterruerunt. Cum enim audirent hos scios Euangelium iactare, & tam horrendis erro-

dis erroribus prætexere, mox doctrinam  
Euangelij habebant suspectam, cum illi  
fanatici non Euangelium Christi, sed sua  
somnia adferant. Euangelium enim non  
tolit Magistratum & ordinationes ciui-  
les, sed confirmat. Hinc etiam perperam  
de Magistratu ciuili sunt locuti, functio-  
nem Magistratum nõ commendarunt  
tanquam bonum & necessarium opus,  
sed velut tyrannidem & violentiam per-  
strinxerunt.

Porro quidam audiuerunt Christia-  
nos a Deo doctos esse, & statim patrocini-  
antur ignauitæ suæ, omnemq; eruditio-  
nem liberalem velut inutilem contem-  
nunt, cristas erigunt & de se omnia pol-  
licentur. Quo quisq; est indoctior, eo ma-  
gis gloriatur de spiritu, quasi vero spiri-  
tus sanctus sua dona, eruditionem & sci-  
entiam horreat. Hic error efficit, vt etiam  
rustici & artifices irrumpant ad officium  
prædicandi, iactantes nihil opus esse stu-  
dijs literarum, quia omnes simus a Deo  
docti, cumq; scripturas sine spiritu Pro-  
phetiæ tractent, infinitos errores pariunt,  
Doctores



Doctores Ecclesie veteres contemnunt  
quasi iam soli sapiant indocti. Et bona il-  
lorum pars sic despiciunt scholas puero-  
rum, vt iam scholæ iaceant neglectæ, que  
negligentia vehementer placet Diabo-  
lo, sed summe displicet Deo. Obsecro vbi  
post 20. annos Ecclesiæ vocabunt Minis-  
tros verbi? Vnde Republicæ & Princi-  
pes accersent Iurium consultos? Nonne ho-  
mines sine literis obbrutescent & redibio  
in Germaniã prisca barbaries, qua fiet, vt  
rursus præda efficiamur omium imposto-  
rũ. Nam quod Antichristũ & Romanas  
imposturas, nostrãq; in Dño libertatem  
nouimus, Deus per linguarũ & syncerio-  
ris Theologię studiũ in nobis operat<sup>9</sup> est.

Nec de Satisfactione satis caute qui-  
dam loquuntur, vnde rudis populus exi-  
stimat se a bonorum operum exercitio  
& crucis tolerantia plane absolui.

De virginitate, quæ certe suas in scri-  
pturis laudes habet, ita contemptim lo-  
quuntur quidam, vt multa simplicium  
corda verbis impudicis vulnerent, vbiq;  
vel ad dextrã vel ad sinistrã declinantes.

Nulq;

Nusquam in via regia consistunt Coniugium proculdubio summis laudibus vehendum est, sed citra contumeliam virginitatis.

Et audio esse, qui Confessionem parvipendant, nec suas oves diligenter in confessione examinēt, & Catechismum exigant, denique multos confitentes simul instruant & absoluant, quæ omnia non edificant, sed destruunt Ecclesias Christi,

Similiter de humanis traditionibus nonnulli insipienter apud populū garrunt, Man muss alle menschen satzung fliehen / sie sind aus dem Teuffel / man ist inen kein gehorsam schuldig / das ist ergerlich vnd vbel von der sache geredt.

Hic diligenter docere debebant, quæ traditiones dicerentur humanæ, & quotuplices essent, sed tantum in genere omnes sine vllō discrimine damnant. Vbi proculdubio rude vulgus putat omnia legum vincula iam soluta esse, & se nihil omnino seruare debere eorum, quæ homines præcipiunt.

De le

De Ieiunio non dissimiliter ineptiunt  
Man darff der Fastē nicht / man kan  
keine sünde mit büßen oder gnug thū  
Die Fasten ist des Papsts fündle.

Et plerunq; hic abrumpunt sermonem  
Cum autem caro nostra suapte natura fu-  
gat crucem & abstinentiam, & quærat  
voluptates, necesse est ex talibus concio-  
nibus infinita mala sequi. Videmus quod  
egregie homines contemnunt ieiunia,  
quasi nihil omnino profint & laxatis gu-  
læ frenis, in omnem intemperantiam pro-  
labuntur. Certe hic iudex supremus san-  
guinē eorum, qui his stultis cōcionibus  
pereunt, exiget de manibus Concionato-  
rum, sicut minatur Ezechielis cap. 33.

Quid de Oratione dicam? Hic qui-  
dam nihil aliud in ore habent, plerunq;  
cum in hunc locum inciderint, quam hæc  
Tragica verba.

Viel beten vnd klappern ist ein Heids-  
nisch irthum vnd gleisnerey / Gott  
hat gar kein gefallen daran / Da bre-  
chen sie aber die rede zu kurtz ab.

B Hic sit

Hic similiter immorandum est, & ordine dicenda, quæ ad orationem pertinent, ne homines a tam necessario pietatis exercitio, stolidis vociferationibus abstrahantur.

De Sanctorum inuocatione tam scurriliter loquuntur quidam, ut pia corda non possint non vehementer offendi, tam prophanis vocibus, cum tamē de Sanctis summa cum reuerentia loqui deceat. Sed Satan per impiam hanc scurrilitatem, conatur hunc fidei articulum, Ecclesia catholica, Sanctorum communio, cōtemptum reddere, ut parum vel nihil curemus Sanctorum communionem.

De Imaginibus in Ecclesia similes passim nœniæ a quibusdā audiuntur, qui libertatem Christianam plane ignorant.

De festis item diebus, fanaticas spargunt opiniones, quibus populus ab audiendo verbo Dei & perceptione Sacramenti auocatur.

Nec ut oportet de Cæremoniis concionantur, auditur in plerisque locis hæc vox tantum.

Es ist

Es ist ein vergeblich ding mit den Ce-  
remonien / sie gelten nichts / Was  
bedarff man inn der Kirchen beson-  
derer Kleider / Es ist eitel vnnütz men-  
schen tand.

O stolidos homines, quasi vero hæc  
vita carere possit cæremonijs. Prudenter  
igitur debebāt discernere cæremonias im-  
pias ab indifferentibus. Et quæ ordini re-  
rum in Ecclesia gerēdarum seruiunt, eas  
cum decoro seruare debebant, nō teme-  
re abijcere. Nam semper magnas turbas  
& disensiones in Ecclesia peperit cære-  
moniarum receptarum mutatio.

Satan Sadducæorum & Origenista-  
rum, quosdam etiam sic vexat, vt nimis  
irreuerenter loquantur de Sepultura &  
Cœmiterijs Christianorum, qua stolidi-  
tate, non parum eneruant fidem Resur-  
rectionis, Cum tamen pia mens non pos-  
sit secus, quam honorifice, de sepultura  
loqui, & quæ ad eam pertinent reueren-  
ter tractare, propter certam spem glorio-  
sæ resurrectionis, quæ est vnica consola-  
tio nostra, nec patitur, vt ea corpora citra

B 2 omnem

omnem curam abiiciamus, quæ glorioso  
Christi corpori conformanda esse in no-  
uissimo die, ex verbo Dei nouit.

Sed quis omnes ineptias enumeraue-  
rit? Ego ne qua diligentia in me deside-  
rari possit, breues quasdam loquendi for-  
mulas præscripsi, quibus & ipse uti soleo,  
quoties de infra scriptis locis mihi coram  
Ecclesia concionandum est. Has, charissi-  
mi fratres, semper in promptu habere val-  
de proderit, ne offendamus simplices.

- 1 Poenitentia;
- 2 Fides,
- 3 Opera.
- 4 Merita.
- 5 Misfa.
- 6 Lex.
- 7 Liberum arbitrium.
- 8 Prædestinatio.
- 9 Libertas Christiana;
- 10 Magistratus.
- 11 Omnes a Deo docti.
- 12 Satisfactio.
- 13 Virginitas.
- 14 Confessio.

12 Traditio

- 15 Traditiones humanae.
- 16 Ieiunium.
- 17 Oratio.
- 18 Sanctorum invocatio.
- 19 Imagines.
- 20 Festa.
- 21 Cæremonia.
- 22 Sepultura.

DE POENITENTIA QVO  
modo caute loquendum.

**S**Vnt qui hoc loco quidem aliquid di-  
scunt, sed non vt & quantum oportet,  
Nam vulgatam illam descriptionem ex  
Magistro sententiarum inculcant. Pœ-  
nitentia est, mala præterita plangere, &  
plangenda iterum non committere. Sed  
hinc neq; origo & causa efficiens poenit-  
entia, neq; eius vera ratio aut partes cer-  
ni possunt, Nonne Iscariothes Math. 22.  
serio planxit, & confessus est peccatum  
suum, quod innocẽtem sanguinem pro-  
didisset, idq; tanta contritione, vt mox se  
suspenderet, nec posthac quenq; prodit-  
dit: sed erat inutilis poenitentia. Euan-

Pœnitẽ  
tia vera  
quidẽ

B 3 gelium

*Poenitentia  
v. 21*

gelium igitur docet veram poenitentiam, quæ est, Ex animo dolere de peccatis perpetratis, vere terreri iudicio Dei, ut cor fiat contritum & humiliatum. Et simul firmiter credere, omnia peccata, quæ tacunq; sint, a Deo nobis remitti propter merita Christi, qui peccata nostra ipse portavit in corpore suo, super lignum crucis,

*Ordo in*

*transmittendo  
v. 22*

*in hunc  
mundum  
auf Gottes  
gnade.*

**Exemplum.**

Ordo igitur in poenitentia partibus ille est. Primo, cognitio vera peccatorum nostrorum, lege recte prædicata, fit per spiritum sanctum in nobis, rem vnd leid. Secundo, cognitio gratia Dei in Christo nobis donatur per Euangelij prædicationem synceram, aut fides in Christum, Ein vertrauen auff Gottes gnade. Exempli gratia, Primo audis decem præcepta, in quibus statim discis, quam enormiter transgressus Legem Dei, & in æternum damnandus iusto Dei iudicio. Mox audis vocem Euangelij, hanc vel similem. **Iohã. 3.** Iesus Christus venit in hunc mundum, non ut condemnet mundum, sed ut peccatores salvos faciat, **1. Tim. 1** Si hic Christum fide appres



apprehendis vt tuum, vnicum Iustificato  
rem & saluatorem, qui nō solum peccata  
Petri & Pauli, sed etiam tua delet, iam re  
crearis, & vere agnoscis Dei gratiam, ha  
besq; pœnitentiam veram, quam procul  
dubio sequētur fructus pœnitētia digni,  
id est, vitæ emendatio & bona opera.

Hunc ordinem Euangelistæ docent  
in pœnitentia vera, Mar. cap. 1. Resipiscite  
te & credite Euangelio, Hæc est concio  
magni illius præcursoris, quasi dicat, Ante  
omnia agnoscite vestra peccata, odio  
habere & fugite ea, reuertimini a vñs ma  
lis, Et credite peccata vobis remitti prop  
ter Christum Iesum, sicut Euāgelium vo  
bis annunciat remissionem peccatorum  
in nomine Iesu Christi. Hic primo habes  
contritionem, timorem Dei, primam pœ  
nitentiæ partem. Secundo habes fidem  
Euangelij, secundam pœnitentiæ partem  
quam Iudas non habuit, ideo desperauit,  
quia falsam pœnitentiam habuit.

Vides etiam hic, fidem in homine ve  
ram non esse, nisi antea sit in eo pœni

**B** iij tentia

27.  
5  
contritio  
et timor  
Dei

2  
fide Euang  
gelij pœ  
nitentiæ  
partes.

22.  
tentia vel contritio. Quomodo enim in  
Iustificatorem Christum ille crederet, vel  
eum desideraret, qui propriam iniustiti-  
am vel ignorat, vel non curat? Accipe  
exemplum, Qui capitaliter ægrotat, & ta-  
men vel ignorat vel non curat morbum  
suum, ille etiam medicum & medicinam  
negligit & contemnit. Peccatum est mor-  
bus capitalis, Peccator est ægrotus, Chri-  
stus est medicus, Gratia Christi est medi-  
cina. Ergo illam gratiam promissam &  
oblatam in Euangelio non desiderant  
obstinati peccatores, qui non dolent de  
vllis peccatis, sed gloriantur vel iusticiarij  
hypocritæ, qui se putant iustos sine gra-  
tia Christi. Sed peccatores qui agnoscunt  
sua peccata, & terrentur horrendo Dei  
iudicio, sentiunt in conscientia iram Dei,  
quod æternam mortem commeruerunt,  
in magno desiderio suspirant gratiam Chri-  
sti. Illis vna absolutio a peccatis ex Euan-  
gelio prolata, gratior est omnibus diuitijs  
& bonis totius mundi. Ideo Christus di-  
cit Matth. ii. Pauperes Euangelizantur,  
id est, qui habent perturbatas & anxias  
consciens

conscientias propter peccatum, & corda contrita & humiliata, sunt idonei auditores Euangelij, quia Euangelium annunciat eis remissionem peccatorum, per Christum. Ipsi autem nihil ardentius desiderant quam remissionem peccatorum, ut iustificentur. Et Matth. 9. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam.

*Vel breuius ad hunc modum.*

Erkenne / bereue vnd bekenne deine sünde von hertzen / Gleube aber auch dabey / das Ihesus Christus das vnschuldige Lamb Gottes auch deine sünde getragen vnd gebüßet habe / Zezeuge auch deine innwendige Busse mit besserung deines ganzen lebens / das ist die rechte Euangelische busse. Reue vnd leid one glauben hilfft nicht. Glaub one reue vnd leid / ist kein rechter Christlicher glauben / Reue vnd glaub müssen bey einander sein / Darumb merck's vleissig fromer Christ / welcher mēsch nicht zum ersten sein eigen manigfaltig sünde / vnd

Die wahre Busse

B 5 de/vnd



de / vnd danebē auch die lantern gnas  
de Gottes inn Christo vnserm Herz  
ren warhafftiglich one glessnerey  
kennet vnd glaubet / der stecket war  
lich noch inn seinen sunden vnd vn  
busfertigkeit / vnd ist kein Christ /  
weñ er schon sonst viel vom Euange  
lio reden vnd schreiben kan.

Die einfeltigen hören itzt zu dies  
ser zeit viel predigt vom glauben / A  
ber an etlichen orten alzu wenig von  
der Busse / vnd lassen sich also dün  
cken / sie glauben recht / so doch inn  
der warheit niemand recht glaubet /  
er habe denn auch zuuor reu vber sei  
ne sunde.

CAVTA LOQVENDI FOR  
mula de Fide, Operibus &  
Meritis.

Fides.

**C**Vm Pastor etiam in alio scripturæ  
loco versatur, subinde tamen, vt fit,  
in fidei & operum mentionem in  
cidit, vbi cauere debet, ne hoc conciso  
tantum

tantum sermone vtatur, Sola fides iustis  
ficat, nostra opera nihil sunt, & mox ad  
alia properet, Sed ad hunc modum loqua  
tur. Opera:

Sola quidem fides iustificat peccato  
rem, hoc est, fiducia misericordiae Dei in  
Christo promissae, vel sola Dei misericor  
dia, Sed fides non manet sola, Vera enim  
fides per charitatem operatur, Galat. 5.  
Sicut arbor bona fructus profert, ita fis  
des profert bona opera, quae fidem cer  
tissime comitantur.

Vbi nulla cernitur vitae emendatio,  
nullus Dei timor, aut poenitentia, & vbi  
nulla sunt bona opera, ibi certe nulla est  
fides, vel tantum ficta fides. Qui adhuc  
carnaliter viuit in ebrietate, commesatis  
one, scortatione, adulterio, furto & simi  
libus peccatis, non debet gloriari quod  
fidem habeat & Christianus sit, sed reuer  
tatur a malo, & faciat bonum. Exem  
plum verae fidei habes in Abraham, qui  
vere credidit diuinæ promissioni, quae fi  
des magna & mirabilia operabatur.  
Obediuit verbo Dei, reliquit patriam,  
duit in

fuit in exilium, propriumq; filium immo-  
lare voluit. Exemplum fictæ fidei in Cas-  
in & Iuda. Cain offerebat, sed cor non  
erat rectum cum Deo, Opus eius est ho-  
micidium. Iudas erat inter Apostolos,  
putabatur Christi fidelis, sed opus eius  
erat proditio Christi.

Ordo inter Fidem & Opera in Iusti-  
ficatione talis est. Primo concipitur fides  
ex Euangelio, que iustificat me, id est, ex  
implo pium facit. Ego iustificatus facio  
bona opera. Bona arbor præcedit bonum  
fructum. Exemplum in Paulo. Paulus an-  
te conuersionem aut iustificationem erat  
malus, Ergo mala erant omnia eius ope-  
ra, qualis arbor, talis fructus. Post con-  
uersionem erat iustus, mox ergo bonus  
factus, bona opera fecit, prædicauit Chri-  
stum, propter cuius nomen persecutio-  
nes, omnia mala, tandem & mortem per-  
pesus est.

Dupli-  
cia ope-  
ra. *Quia*  
*et somnia*  
Scriptura duplicia opera docet. Ope-  
ra Christi & nostra. Sed inter hæc maior  
est differentia, quam inter cælum & ter-  
ram, Quia opera Christi meruerunt no-  
bis æter-

27  
bis æternam iustitiam, vitam & salutem;  
& iustificant nos, quando ea per fidem  
apprehendimus. Ipse enim solus est nos-  
ter redemptor, propitiator, mediator, ius-  
tificator & saluator, & nullus alius, ne  
angelus quidem, vt omnes scripturæ tes-  
tantur.

Sed opera nostra, non merentur nos-  
bis res illas immensas & æternas, nec ius-  
tificant nos. Sunt autem omnino neces-  
saria, quia suum officium habent.

1 Sunt debitum obsequium & præcep-  
tum a Deo, quod nos creaturæ creatori  
debemus, sunt velut gratiarum actio pro  
beneficijs Dei, & sacrificia Deo grata  
propter personam Christi fidelem. Officia  
bono-  
rum o-  
perum.

2 Pater noster cœlestis per hæc in no-  
bis glorificatur Matth. 5.

3 Operibus bonis fides nostra exer-  
cetur & promouetur, vt crescat & vege-  
tetur.

4 Opera bona sunt testimonia no-  
stræ fidei erga proximum, quibus proxi-  
mus ædificatur, & ad imitandum prouo-  
catur, & in suis necessitatibus iuuatur.

5. Per

§ Per bona opera, mihi mea vocatio certa fit, Cum enim amo proximū & beneficijs orno, experior meam fidem non esse fictam, & me esse Christianum.

¶ Bona opera nostra, etiamsi immensos illos thesauros, Remissionem peccatorum, iustificationem, liberationem a morte & Diabolo, non mereantur, hoc enim solus facit Christus Iesus, tamen ex gratuita promissione diuina, merentur, premia corporalia & spiritualia, & in hac vita & post hanc vitam, Non quod Deus nobis aliquid debeat, sed quia promissit ex misericordia & verax est. Ideo reddet nobis ea propter nomen suum gloriosum, quemadmodum scriptum est Ieremia. 17. Ego Dominus scrutans cor & probans renes, qui do unicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinventionum suarum. Matth. 16. Futurum est, ut filius hominis veniat cū gloria patris sui, cū angelis suis, & tūc reddet unicuique iuxta facta ipsius, Idem Rom. 2. Mat. 25, satis ostendit Christus, quam sint sibi grata opera



29  
Opera bona ex fide facta. Nam dicit, Esu-  
rtui & dedistis mihi bibere.

Dicam hoc etiam germanice, quo fa-  
cilius a vobis omnibus intelligatur.

Die Schrift redet allēthalben herr-  
lich vnd löblich von guten wercken/  
vnd gedencet irer nimer vbel / Dar-  
umb wenn man spricht / Allein der  
glaub macht from / so verwirfft man  
nicht die guten wercke / Denn es ist  
so viel geredt / Als so ich sprich / Als  
lein Gottes gnade inn Christo ma-  
chet vns from vnd selig / vnser wir-  
digkeit thuts nicht / Denn kein Crea-  
tur / weder im himel noch auff erdē /  
vermag solch gros vberschwenglich  
ding / als verdienen ablas der sunde /  
from vnd selig machen / sunde vnd  
tod vertilgē / Allein vnser einiger mit-  
ler Ihesus Christus kan vnd sol sol-  
chs thun / Denn der Vater hat in als-  
lein / vnd sonst niemand / weder En-  
gel noch menschen zur erlösung vnd  
frommachung des mensche geschle-  
chtes

chtes verordnet vnd gesand. Dera  
halb / wenn man den glauben rüh-  
met / so schmehet man die werck ni-  
cht / sondern man rühmet den rech-  
ten brunnen / daraus alle gute werck  
quellen / Es ist vnmöglich on den ge-  
lauben gute werck thun.

Das man aber so mit vleissigem  
vnterscheid vom glauben vnd guten  
wercken redet / vnd einem jeden sein  
ampt zulegt / das thut man darumb /  
das man klar sehen mag / was Chri-  
stus sey / vnd wie wir alles guts von  
Gott allein vmb Christus willen ha-  
ben vnd empfangen / Vnd was wir  
von vns selbs haben vnd thun / sol-  
che erkentnis machet allein aus ei-  
nem verdampften sunder einen seligen  
Christē / Darumb ist viel mehr dran  
gelegen / das man recht vnterschied-  
lich vom glauben vnd guten wercken  
rede / Den die welt meinet / Der glau-  
be macht vns from fur Gott.

Die gu

Die guten wercke bezeugen aber  
solche innwendige frömmigkeit / von  
aussen für vnserm nehesten / welchen  
sie dienen sollen / zur besserung / inn  
allen nöthen.

Glaube one gute werck ist kein ge  
laub / Wercke one glauben sind nicht  
gute werck / Darumb müssen diese  
zwey ding / glauben / vnd gute werck  
thun / bey einander sein / die weil wir  
leben / Wer sein leben nicht bessert /  
vnd gute werck thut / der soll wissen /  
das er kein Christ ist / Wer aber kein  
Christ ist / der wird verdampt / Dar  
nach mag sich ein iderman richten /  
Got hats also beschlossen / also wird  
ers auch endlich vollstrecken / das ist  
gewis.

QVOMODO CAVTE LO  
quendum de Missa,

**M**ISSA vt in Papatu celebrata est,  
fuit abominatio propter horribis  
C les ab

les abusus & errores, quos homines addi-  
derunt Misſæ Christi & Apostolorum.  
Nos, quę mala sunt, reiecimus, bona reti-  
nuimus. Nam verbum & ordinatio Dei  
non debent ab hominibus mutari, multo  
minus debet aliquid contra verbum &  
institutionem Dei, in Ecclesia pro cultu  
Dei erigi.

Additi-  
ones  
Misſæ  
Papisti-  
cæ.

Male addiderunt, quod Misſa sit tale  
sacrificium, quod filius Dei quotidie of-  
feratur patri pro peccatis viuorũ & mor-  
tuorum. Scriptura docet, quod Christus  
semel mortuus sit & resurrexit, & ampli-  
us non moriatur, semel enim semetipsum  
obtulit Deo patri pro nobis oblationem  
& victimam in odorem bonę fragrantię,  
vt Apostolus docet Ephe. 5. Heb. 7. 9. 10  
Hoc sacrificium non potest nec debet  
reiterari, sed semel factum, sufficit in æter-  
num. Christus autem iussit nos memori-  
am celebrare huius vnici sacrificij, vsq; ad  
diem nouissimum. Et qui credunt Euan-  
gelio de Christo mortuo & resuscitato, et  
Christi sacramenta percipiunt, fiunt huius  
sacrificij participes, nam conse-  
quuntur

73  
quuntur remissionem peccatorum & vitam æternam. Hi omnes debent quoti die offerre Deo sacrificia, quæ sunt, cor contritum & humiliatum, Laus diuini nominis, Gratiarum actio. Inuocatio, Crux pro nomine Christi, & fructus fidei, bona opera.

Ex illo errore de sacrificio pro peccatis Missali, ortæ sunt Missæ priuatæ, quæ celebratæ sunt absq; numero in mundo, sine communicantibus, contra verbum Christi, & primitiuæ Ecclesiæ ritum. Quid enim tam contrarium rationi cœnæ dominicæ, quam nouo sacrificio aut opere velle mereri remissionem peccatorum, cum cœna dominica sit commemoratio illius mortis, quæ est unicum sacrificium, quo solo potuit & debuit omnis culpa expiari? Et additamenta sua docuerunt esse necessaria ad ueram Missam, sed errant.

Nos propter simplices, & ut omnia decenter, & secundum ordinem in Ecclesia fiant, iuxta regulam Pauli. 1. Corin. 14. libenter seruamus, citra superstitionem,

C 2 vestes

vestes Ecclesiasticas, & alia quæ non sunt  
contra verbum Dei.

Vera  
Missa  
quid.

2. Cor  
inth. 5.

Missa Christi & Apostolorum est  
peractio cœnæ Domini in Ecclesia, quã  
do iuxta institutionem Christi, & ritum  
Apostolorum edimus corpus Domini,  
& sanguinem eius bibimus, in comme-  
morationem Christi, annunciantes saluifi-  
ficam mortem Domini, donec venerit,  
id est, vsq; ad diem Iudicij extremi. Hæc  
est memoria mirabiliũ Christi operum,  
vt Psal. 110. vocat, quod vnus ipse pro no-  
bis omnibus mortuus fuit, ergo nos om-  
nes mortui eramus. Et resurrexit a mor-  
tuis secũdum scripturas, nostris hostibus,  
peccato, morte, & Satana deuictis, nunc  
q; in dextera patris regnat in sempiter-  
num, & nos cum eo regnabimus. Nonne  
omnes creaturæ in æternum non possunt  
satis admirari & celebrare magnificentis-  
sima hæc Christi redemptoris nostri vni-  
ci opera, quod ipse peccata nostra, suo  
proprio sanguine deleuit, mortem sua  
morte absorpsit, Satanamq; triumphauit  
in SEMETIPSO Colosf. 2. Et iam  
imple

impletur vaticinium Psalmi. 110. Redem-  
ptionem misit Dominus populo suo, man-  
davit in aeternum testamentum suum.  
Nam gloriosissimam hanc victoriam in  
nostros hostes Deus nobis dedit, per Do-  
minum nostrum Iesum Christum. 1. Co-  
rinth. 15.

*Vel breuius ad hunc modum.*

Die heilige Schrift sagt allein  
von einem einigen sundopffer / das  
ist das besonder grosse Opffer / das  
Gottes Son Ihesus Christus sich  
selbs am Creutz ein mal dem Vater  
fur vns auffgeopffert / vnd den bit-  
tern tod gelitten hat / vnd damit alle  
vnser sunden auff ein mal bezalt / vnd  
vns Gott dem Vater widerumb ver-  
sünet hat / Wer das gleybt / der wird  
from vnd selig / denn er wird gewis-  
lich sein leben bessern / vnd hinfurt  
Christlich leben / die weil er gleybt /  
das ein solche ernstliche / vberthwere  
bezahlung vnd busse hat fur seine sun-

E 3 de ges

de geschehen müssen / das Gottes  
 Son selbs inn eigener person / sich  
 vmb vnser sunde willen / hat tödten  
 lassen.

Darumb ist ein grewel für Gott /  
 das sich die sundigen menschen vn-  
 terstanden mit teglichem Messopffer  
 erst itzt vnser sunde zu bezalen / vnd  
 vns Gott zu versünen. Die Christen-  
 heit hat ja auch ire opffer als wol als  
 vorzeiten die Synagog der Jüden /  
 vnd viel besser / Aber vnser einige sun-  
 de vnd schuldopffer / ist niemand den  
 Christus selbst / der von keiner sunde  
 wuste / Aber der Vater hat in für  
 vns zu einem sundopffer gemacht /  
 spricht Paulus. 2. Corint. 5. auff das  
 wir wurden inn im die gerechtigkeit /  
 die für Gott gilt / das ist / das wir  
 durch in geheiliget vnd gerechtferti-  
 get würden / nicht durch vnser werck.

Ober das sundopffer / opffert die  
 Christenheit auch itzt / bis an jüng-  
 sten



sten tag / danckopffer für die erlöfung  
 inn Christo / vnd für alle güter Got-  
 tes / Also opffern wir teglich ein zer-  
 knirrt demütig hertz / lob vnd danck /  
 vnd alles was wir guts wircken vn-  
 ser lebenslang / aus reinem glauben /  
 Daneben aber hat vns Christus ein-  
 gesetzt mit ernst zu begeben die tröst-  
 lichen gedechtnis seines todes / oder  
 einigen opffers am Creutz ein mal  
 volbracht / das ist / sein heiliges  
 Nachtmal / das hochwürdige Sa-  
 crament seines leibs vnd bluts.

QVOMODO CAVTE LO-  
 quendum de Lege vel De-  
 calogo.

**L**EGEM diuinam seruare quidem  
 exactissime deberemus, vt ne iota  
 aut apex præteriret, Est enim sanctis-  
 sima voluntas Dei, & summa pietas. Et  
 nisi lex seruetur, non est speranda salus  
 æterna.

Cæterum nostra natura peccato ori- 21

C 4 ginali,

30  
ginali, quod in carnali natiuitate ex Adam in nos trāsfunditur, ita corrupta est, fracta & excæcata, vt mandata Dei ex se aut proprijs viribus non intelligat, & aduersus ea naturali inclinatione concupiscat, eoq; suapte vi nunquam impleat. Ita enim Moses nostram naturam, nõdum ex aqua & spiritu renatam describit Gene. 6. Omne figmentum cogitationum cordis humani, dumtaxat malum est omnibus diebus, quomodo igitur bonum faceret? Lex igitur sancta est, præceptum sanctum, iustum ac bonum est, Roma. 7. Sed nos sumus mali ex vtero matris, & tamen adeo cæci, cæcitate spiritali nascimur, vt nostram propriam malitiam non intelligamus, & ideo nullum remedium aut axilium quærimus, sicq; inæternum periremus.

5. Igitur misericors Deus dedit etiam legem scriptam, vt ipsa nos argueret de peccatis, minaretur pœnas, iudicium Dei proponeret, terreret, & nos in nostri cognitionem duceret, vt propria malitia & perditione cognita, quæramus gratiam & auxilium.

34  
& auxilium. Ita Apostolus dicit. Lex est agnitio peccati, non dicit abolitio, quia tantum manifestat nostrum peccatum & Dei iram, sed peccatum non tollit. Data est igitur Lex, ut superbum hominem humiliaret, et ut humiliatus gratiam quaereret & medicinam.

Sed nullum est remedium, nulla Dei gratia, nisi in Christo Iesu, qui est mediator noster inter Deum & hominem. Ideo compellit Lex peccatores confugere ad medicum Christum, qui legem implevit, & illam impletionem donat nobis. Sicut Paulus dicit. 1. Corinth. 1. Christus est iusticia nostra. Et Rom. 10. Christus est legis perfectio ad iustitiam omni credenti.

Deinde meruit etiam nobis spiritum sanctum, qui nobis datur in Baptismate, & cum audimus Euangelium gratiae Dei per quem incipimus in nobis etiam legem implere, & habemus magnum privilegium in Christo. Carnales enim ex parte sumus, cum caro spiritui semper repugnet, & caro impedit impletionem legis, Sed propter Christum, in quem credimus,

Rom. 7

Gala. 5

C 5 Deus

Deus nobis ignoscit reliquū peccatum in carne, & non imputat nobis ad damnationem eternam, displicet nobis illud peccatum, & vellemus illud fermentum veteris malitiæ, omnino esse expurgatum, quod plene fiet in regeneratione in novissimo die.

*Vel brevius sic.*

Die gebot Gottes sind vns Adamis Kindern zu hoch / wir sind empfangē inn der erbsunde / vnd derhalb arme geborne sunder von jugent auff böse / wir sollens halten / aber wir könnens one die gnade Christi nicht halten / Was vns vnmügllch / das ist Gott müglich / Darumb hat sie vns Gott aus gnedigem willen gegeben / das wir inn den geboten / als inn einem klaren spiegel / vnser sundige verstörte natur / vnser gebrechen / sunde / vnd Göttlich vrteil lernen erkennen / demütig werden / vnd Christum suchen / der allein vnd sonst niemand hat die gebot

gebot rein auff's vollkommenest erfül-  
 let / solcher erfüllung genießen wir  
 für Gott / wenn wir inn Christum  
 glauben / vnd Christus allein gibt vns  
 seinen geist / durch sein wort / das wir  
 auch verstand / willen vñ krafft krie-  
 gen / Gottes gebot zu haltē / Aber die  
 erfüllung gehet noch schwach zu / die  
 weil wir leben / denn das fleisch hat  
 kein lust zu Gottes geboten / Aber den  
 vorteil haben wir / so wir im Chri-  
 stlichen glauben bleiben / die sünde  
 hassen / das vns Gott imerdar die  
 vbrigen sünde / vmb Christus willen  
 verzeihet / Darumb ob schon das  
 Gesetz den sunder nicht from ma-  
 chet / denn solch gros ding gehört al-  
 lein Christo zu eigen / So bereit es in  
 aber zur frömißkeit / denn er er-  
 schrickt / wenn er seine sünde vnd Got-  
 tes gericht durchs Gesetz erkennet vñ  
 krencht zum Creutz Christi / ruffet  
 den namen des Herrn an / begert gna-  
 de / vnd kriegt ablas der sünde vnd  
 Gottes

Gottes geist / Darumb / lieben freun-  
de / lernet die Zehen gebot mit gros-  
sem vleis / vnd bittet Gott vmb gna-  
de / das jr sie halten müget / vnd vmb  
verzeihung / wo jr sie vbertreten  
habt.

QVOMODO CAVTE LO-  
quendum de Libero arbitrio.

**H**Omo habet liberum arbitrium in  
rebus quæ ad hanc caducam vitam  
pertinent, ibi potest velle edere, vel  
nolle edere, velle hoc vel aliud agere vel  
omittere. Nam habet lumen naturale, &  
libertatem aliquo modo honeste viuendi  
coram mundo, sicut multi Ethnici ho-  
neste vixerunt. Sicut supra diximus, per  
peccatum originale, omnes hominis vi-  
res esse viciatas, vt per naturam corrup-  
tam, non possit legem Dei implere. Lex  
enim Dei spiritualis est Rom. 7. & plus  
requirit quam hypocrisim operum, der  
natürlich mensch hat weder verstand  
noch lust dazu. Ideo nō habemus ex na-  
tura

tura primę natiuitatis liberum arbitrium  
 pie viuendi coram Deo, & bona opera  
 faciendi, sed ex gratia Christi, iuxta illud  
 Ioh. 8. Si filius vos liberos reddiderit, ve-  
 re liberi estis, id est, si Christus vobis pec-  
 cata remiserit, & sic a Diaboli potestate  
 eripuerit, & spiritum suum vobis dona-  
 uerit, tunc non serui, sed filij liberi estis &  
 poteritis iuste viuere, id est, credere in  
 Christum, & fidem bonis operibus tes-  
 tificari.

*Vel breuius.*

Wir sind von natur Kinder des  
 zorns vnd knecht der sünde / vnd kön-  
 nen nichts guts thun von vns selbs /  
 Aber wenn vns Christus wider ge-  
 biert / vnd den glauben vnd geist gibt  
 denn so sind wir frey / vnd können  
 guts thun durch den heiligen Geist /  
 Aber ohne die gnade vnd den geist Chri-  
 sti / gedenccken / begeren vnd thun wir  
 eitel böses / wie es der böse geist ha-  
 ben wil / vnd wir selbs thun das böse  
 aus vns selbs / Gott hat keine schuld  
 daran /

daran/er verbent das böse / vnd straf  
fets zeitlich vnd ewiglich / Der Teuf  
fel vnd vnser verkerter böser wille/  
sind aller sunden vrsach vnd theter.

Et necessarium est illa habere probe  
cognita, vt sciamus miseriam primæ na  
tiuitatis, per quam sumus serui peccati &  
mancia Satanae, qui nos captiuos tenet  
propter peccatum pro sua voluntate ex  
cuius manibus non possumus effugere,  
nisi noster Gigas Christus vincat fortem  
armatum custodē atrij sui, & digito Dei,  
id est, spiritu sancto spiritum malum eij  
ciat. 2. Timoth. 2. Lucae. 11.

Hoc cognito clarius cognoscemus  
imperuestigabiles diuitias gratiæ Dei,  
quas in Christo habemus. Solus enim  
Christus Diabolū vincit & expellit, nos  
liberat & illuminat suo spiritu, vt nobis li  
beat vitam agere iuxta voluntatem Dei,  
Regnum igitur Diaboli est quidem fir  
mum, quia dum custodit atrium suum, id  
est, impios, in pace sunt ea quæ possidet,  
id est, nihil eorum potest effugere, Sed  
firmis



45  
firmiter & potentius est regnum Christi,  
quia eicit Diabolum, vniuersaq; eius ar-  
ma aufert, & in suo regno perpetuam se-  
curitatem tribuit.

QVOMODO CAUTE SIT  
de Prædestinationis mysterio  
loquendum.

**E**SSE Prædestinationem certum est,  
Ephes. 1. Pater eligit nos in Christo  
antequam iacerentur fundamenta  
mundi. Roma. 9. Nondum natis pueris  
Esau & Iacob, cum neq; boni quippiam  
fecissent, neq; mali, vt secundum electio-  
nem propositum Dei maneret, non ex  
operibus, sed ex vocante, dictum est Re-  
becca, maior seruiet minori, sicut Mala. 1. *Secundum*  
scriptum est, Iacob dilexi, Esau vero odio  
habui.

Sed hoc mysterium Prædestinationis  
est solidus cibus adultorum, non lac infan-  
tium. Quare valde necessarium est cau-  
te tractare hunc locum, & non apud  
quoslibet indiscriminatim de eo loqui.  
Paulus

Paulus enim iubet omnia fieri ad ædificationem. Videmus enim, cum quanto Dei timore, quantaq; reuerentia, hunc locum Apostolus tractarit Roma. 9. 10. & 11. Pesime igitur quidam dicunt.

Bistu versehen / so thu was du wilt / es sey böses oder guts / so wirstu selig.

Est blasphemus error, Sed sic loquere.

Wer zum ewigen leben versehen ist / der glaubt dem Euangelio vnd bessert sein leben / Denn Gott berufft in zu seiner zeit / einen inn der jugent / den andern im alter / nach seinem willen / Es bleibt kein eruelter im vngelauben vnd sundigem leben endlich / Welcher aber jmer hin böses thut / vnd darauff beharret / der wird verdampft / Denn er hat keinen Christlichen glauben / Glaubte er / so lebete er Christlich / vnd besserte sein leben / Darumb wer endlich keine Bussethut /

43  
thut / der ist gewislich der verdampfen  
ten einer.

Darumb ist's gewis / welcher ver-  
sehen ist / der thut nicht jmerdar was  
er wil / sondern wird bekert / vnd thut  
darnach auch was Gott wil / Wer  
böses thut / der kan vnd sol verdampft  
werden / weñ er im bösen verharret /  
Gleich wie Gott Petrum / Paulum  
vnd vns andere Christen zur seligkeit  
versehen hat / Also hat er auch zuvor  
verordnet vnd versehen ire bekerung /  
iren Christlichen wandel / busse vnd  
gute werck / darinnen sie wandeln vñ  
iren beruff vnd glauben bezeugen  
musten / Ephe. 2.

Wir sollen den tieffen abgrund  
Göttlicher vorsehung nicht mit men-  
schlichem furwitz handeln / sondern  
thun was vns Gott heisset vnd befil-  
het / nemlich dem Euangelio gles-  
ben / Wer im gleubt / der ist der er-  
welten einer Rom. 8. Johan. 8. Wer  
D im noch

Im noch nicht gleubt / der ist entwe-  
 der nicht aus der zal der ausewelten /  
 oder aber es ist die stunde seines beruf-  
 fes noch nicht komen. Wer hie nicht  
 greulich fallen wil wie Lucifer / der  
 sol mit den heimlichen gerichtten Got-  
 tes vnverworren bleiben.

Et placet mihi quod Augustinus nos-  
 ter de bono perseuerantiæ Cap. 22. præ-  
 dicatores monet, de definita sententiã diui-  
 nã voluntatis locuturos apud populum.  
 Cum em̄ alloquamur Ecclesiam Dei vel  
 Christi fideles, non debemus dicere. Ita se  
 habet de prædestinatione definita senten-  
 tia voluntatis Dei, vt aliij ex vobis de in-  
 fidelitate, accepta obediendi voluntate  
 veneritis ad fidem. Nam cum dicimus  
 ex vobis, certe videmus cæteris facere  
 iniuriam, vel eos a salute excludere. Sed  
 ita coram Ecclesia dicamus.

Ita se habet de prædestinatione defi-  
 nita sententia voluntatis diuinæ, vt ex in-  
 fidelitate veneritis ad fidem, accepta vo-  
 luntate obediendi a Deo, vtque accepta  
 etiam

79  
etiam perseverantia permaneat in fide.  
Gott hat euch den glauben inn Chri-  
stum vnd guten willen gegeben /  
vnd gibt euch auch die gnade / das jr  
bis inns ende im glauben verharret.

Similiter nec sic est loquendum apud  
populum. Ceteri vero qui in peccatorum  
delectatione remoramini, ideo nondum  
resurrexistis, quia nec dum vos adiutori-  
um gratiæ miserantis erexit. Talibus e-  
nim verbis videremur quibusdam in tur-  
ba denegare gratiam pœnitentiæ. Sed  
hoc modo coram populo loquamur. Si  
qui autem adhuc in peccatorum damna-  
bilitate delectatione remoramini, appre-  
hendite saluberrimam disciplinam, quod  
tamen cum feceritis, nolite extolli quasi  
de operibus vestris, aut gloriari quasi hoc  
non acceperitis. Deus est enim qui ope-  
ratur in vobis & velle & operari pro bo-  
na voluntate.

QVOMODO CAVTE DE  
Libertate Christiana lo-  
quendum.

D 2 Christus

**C**hristus nos liberauit a peccato & poena peccati, æterna maledictione vel morte, a potestate Satane, donat nobis spiritum sanctum, qui corda nostra renouat, vt nobis libeat ambulare in præceptis Dei, & tuetur nos contra insidias et violentiam Diaboli, liberauit nos item a lege ceremoniali & iudiciali Mosi, & opere traditionum humanarum in Ecclesia Omnes traditiones Ecclesiæ, quæ ad ordinem faciunt, seruiamus libere, vt omnia in Ecclesia ordinate gerantur. Sed nõ ponimus in ijs seruatis pietatem, vel citra scandalum neglectis, peccatum.

Hęc est præeminens illa libertas quam in Christo habemus, spiritualis, non carnalis. Sed curandum est, ne libertatem illam demus in occasionem carnis, sed per charitatem seruiamus nobis inuicem, & ne scandalizemus simplices fratres, sicut Apostolus docet Galat. 5. Et Roma. 14. 1. Corinth. 8.

Man sol aus der geistlichen freyheit kein fleischliche sicherheit vnd mutwillen machen / das man wolte vogelfrey

59  
vogelfrey vnd niemands vnterworff  
fen sein.

In carne possumus esse serui om̄ium,  
omnibus subijci, & simul in spiritu esse  
liberi, non a debitis & seruitute ciuili, sed  
a peccato, morte & inferno, vt iam pecca  
tum & Satan nobis non dominantur, si  
cut antea cum essemus sub tyrānide dia  
boli, & nondum eramus in Christi gratis  
am & regnum recepti. Ita Apostolus Ro  
ma, 6. Peccatum vobis non dominabitur  
non enim estis sub lege, sed sub gratia. Et  
Ioannes cap. 8. Si vos filius liberauerit,  
vere liberi estis.

### QVOMODO DE MAGI stratu caute loquendum.

**M**Agistratus non est Tyrannis aut  
violentia, sed legitima potestas a  
Deo data nobis in bonum.

Omnes leges & constitutiones Ma  
gistratum, Christiani diligenter seruare  
debent, nisi sint impię, quę peccatum præ  
cipiant. Tunc enim oportet magis obedi

D 3 re Deo

re Deo quam hominibus Acto. 15. Et illæ Magistratum constitutiones non debent haberi pro pure humanis traditionibus, quia habent vim suam obligandi immediate a verbo Dei, 1. Pet. 2. Subditi estote cuius humanæ creaturæ, id est, ordinationi, propter Dominum, siue Regi tanquam præcellenti, siue præsidibus, ut qui per eum mittantur, ad vindictam quidem nocentium, laudem vero recte agentium, quoniam sic est voluntas Dei, ut benefaciendo obturetis os omnibus hominibus ignorantibus, Tanquam liberi, & non veluti prætextum habentes malitiæ liberalem, sed tanquam serui Dei.

Vulgus hominum per Papistas didicit contemnere Magistratum, quare diligenter & sæpe populo inculcanda sunt hæc Apostoli verba Rom. 13. Omnis anima potestatibus, quæ præfunt, subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, qui restiterint, sibi ipsi iudicium accipient. Magistratus est minister Dei, ultor ad iram ei, qui quod malum est fecerit. Quas  
propter



propter oportet esse subditos, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Sæpe doceatur, quam egregia opera sint, & Deo gratisima, pie gerere Magistratum, & Magistratui libenter & prompte obedire.

**QVOMODO CAVTE TRA**  
ctandus sit locus Isaia. 34. Da  
bo vniuersos filios tuos  
doctos a Domino.

**N**on temere hunc locum produco. Nam ab imperitis iactatur tanquam Encomium imperitiæ, & hic putant se verbum Dei habere, quo omnes bonæ artes, & ipsa denique Theologiæ studia explodantur. Christus satis explicat hunc locum Ioan. 6. Nemo potest, inquit, venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum, & ego suscitabo eum in nouissimo die. Et scriptum in Prophetis, Et erunt omnes docti a Deo. Omnis ergo qui audiuit a patre, & didicit, venit ad me.

D 4

Hic

Hic Christus de communi illa & omnibus saluandis necessaria doctrina loquitur, qua Christum agnoscimus esse filium Dei, propter nostram salutem hominem factum, & in eum, ut nostrum unicum saluatorem, credimus. Hac doctrina illuminantur certe omnes electi, Et qui ea caruerit, condemnabitur.

Sed est etiam in Ecclesia alia eruditio, quæ vocatur donum Prophetiæ, quo dono donantur non omnes Christiani, sed qui Ecclesijs docendis præficiuntur, ut scripturas sanctas exponant, ad ædificationem, exhortationem & consolationem, cuius mentio fit. 1. Corinth. 14. Hoc donum non est omnibus cerdonibus, factoribus & tutoribus cum Apostolis commune, quo qui carent, nõ debent docere in Ecclesia, sed docentes reuerenter audire, ut Apostolus ait, qui non est interpret taceat in Ecclesia, cæterum sibi ipsi loquatur & Deo.

**QVOMODO CAUTE**  
de Satisfactione loquendum.

Proprie

**P**ropriè nulla est alià Satisfactio pro  
 peccatis mundi, quam preciosa mors  
 Christi, hæc vna satisfecit pro nobis  
 iustitiæ diuinæ & nos Deo reconciliauit  
 Sed illius Satisfactionis nemo fit partis  
 ceps, nisi credentes Euangelio Christi.  
 Nemo autem habetur in numero creden  
 tium, nisi emendet vitam impiam, & teste  
 tur bonis operibus fidem suam, vel vt  
 Apostolus ait, qui abnegat impietatem  
 & mundanas concupiscentias, sobrie, &  
 iuste, & pie viuat in presenti sæculo. Ideo  
 seipso periculose decipiunt, qui sic blas  
 phemant, Quid opus est me ieiunare, or  
 rare, corpus adfligere, opera bona exer  
 cere, Nonne Christus pro me satisfecit le  
 gi, Si ipse fecit, quid opus est meis operi  
 bus? Verum est frater. Christus, & iustitiæ  
 Dei rigorosæ, & legi satisfecit plenissi  
 me, & inæstimabile præciū persoluit, pro  
 delendis nostris peccatis, Sed nemo fit  
 particeps illius plenissime satisfactionis,  
 nisi credat in Christum Et qui credunt in  
 Christum, procul dubio odiunt pecca  
 tum, pro quo expiando tam preciosam vi  
 timam

D 5 etiam

etiam offerri oportebat, & innocenter  
vivere incipiunt. Qui autem in peccatis  
manent, nec poenitent, illi non credunt  
filium Dei pro nostris peccatis mortuum  
esse, Ideo inter Ethnicos sunt numerandi  
& de satisfactione Christi, nec possunt,  
nec debent gloriari. Non te a peccatis re-  
demt, vt semper in peccatis maneat, sed  
vt peccato deleto, iuste viuas, sicut Chi-  
rurgicus loetaliter vulneratum non ideo  
sanat, vt rursus vulnera accipiat, sed vt  
deinceps sanus permaneat. Ita Aposto-  
lus dicit, 1. Thes. 4. Deus non vocavit  
nos immundiciae causa, sed ad sanctifica-  
tionem. Et Roma. 6. Nos sumus sepulti  
cum Christo per Baptismum in mortem,  
vt quemadmodum excitatus est Chri-  
stus ex mortuis per gloriam patris, Ita &  
nos in nouitate vitae ambulemus.

Sic igitur Christianus cogitabit &  
dicet, Christus Dominus meus & Deus  
meus propter peccata mea delenda mor-  
tuus est & satisfecit, Ergo posthac pecca-  
ta fugiam, tanquam pestem internalem,  
quae nullo alio remedio, quam innocen-  
tissima

usima morte filij Dei deleri potuit.

Dat die bezalung meiner sünde  
vnd die versünung so viel gekostet/  
nemlich den bitteren tod meines Got-  
tes/so behüt mich Gott für sünden.

### QVOMODO DE VIRGINI- tate caute loquendum.

**V**irginitas talis est status, quem Pau-  
lus consulit donum castitatis haben-  
tibus, & sine multis impedimentis  
potest tractare Euangelium, sicut Apos-  
tolus ait, Innupta curat ea quæ sunt Do-  
mini, vt sit sancta cum corpore, tum spi-  
ritu. Ita igitur docendum est, Qui habet  
a Deo donum continentie, ille eo vtatur.  
Tempus breue est, præterit habitus hu-  
ius mundi. Qui autem vritur, & donum  
illud non habet, viuat in matrimonio san-  
cto. Afflictionem quidem in carne ha-  
bebunt coniuges, sed sunt in eo statu,  
qui placet Deo, & fons est honestatis  
publicæ, Honorabile enim est inter om-  
nes coniugium, & cubile impoluitum,  
ait Pau-

ait Paulus Heb. 19. Scortatores autem &  
adulteros iudicabit Deus.

## DE CONFESSIONE QVO modo caute loquendum.

**C**onfessio semper fuit in Ecclesia, sed  
per homines addita sunt quædam  
inutilia, imo periculosa.

1 Dixerunt omnia peccata esse proden-  
da, quod est impossibile.

2 Et proponēda proprio sacerdoti tan-  
tum, nisi ab eo veniam acceperint alibi  
confitendi. Profecto utile est, proprium  
pastorem consulere, sed non est hic con-  
scientia præcepto oneranda.

3 Omisso vno peccato voluntarie, to-  
tam confessionem esse repetendam.

4 Populus persuasus fuit, propter ipm  
opus confitendi & contritionem propriam  
remitti peccata. De Christi meritis  
parum cogitavit. Hæc tanquam neces-  
saria Papistæ urgebant cum magno consci-  
entiarum periculo.

Confite

Confiteri ergo Christianus debet, & Deo semper, & sæpe Ministro Verbi, ad minimum quando ad mensam Domini accessurus est, vt audiat verbum Christi ex ore Ministri, qui per os Ministri nos absoluita peccatis nostris. Nam Christus dedit claves regni cœlorum Ecclesiæ suæ, hæc committit Ministris verbi, quibus illi remittunt peccata, illis sunt remissa, quibus retinent, sunt retenta. Credere ergo firmiter debemus absolutioni, non minus quam si Christus ipse visibiliter nos absolueret, sicut absoluit Magdalenam & paralyticum.

Communicaturi debent ante perceptionem venerabilissimi Sacramenti diligenter examinari in cōfessione, non multi simul, sed singuli, vt pastor exploret, an intelligant Catechismum, an sciant cur sit communicandum, & quid in Sacramento sit quærendum.

**QVOMODO DE HVMA**

**nis traditionibus caute  
loquendum.**

**NON**

**N**ON omnes traditiones hominum,  
sunt reijciende, & Inprimis moneo  
ne ciuiles ordinationes & leges  
inter traditiōes humanas collocetis. Nam  
hoc vocabulo solemus vti, quoties de cō  
stitutionibus Episcoporum in Ecclesia  
loquimur. Et tantum illas traditiones reij  
cimus, quæ vel aperte reluctantur verbo  
Dei, vt doctrina de sacrificio Misæ, quod  
mereatur remissionem peccatorum, pro  
vuis & mortuis, doctrina de cœlibatu  
impuro, quod Sacerdotes, Monachi &  
Monaliales peccent contrahendo matri  
monium, vel quoties Episcopi aut Sacer  
dotes condunt leges, vel traditiones, qui  
bus Deus sit colendus, & quibus iustifi  
cari peccatores debeant, quales traditio  
nes sunt in Monachatu de cibis et vestitu  
vario, quibus putarunt se colere Deum,  
posuerūt peccatū in transgressione taliū  
doctrinarum, & iusticiam in earum ob  
seruatione.

Tales doctrinas Christus Matth. 15.  
aperte improbat & damnat dicens. Hy  
pocrita, recte de vobis prædixit Isaias,  
Appro



Appropinquat mihi populus hic ore suo  
& labijs me honorat, ceterum cor eorum  
procul abest a me, sed frustra me colunt  
docentes doctrinas praeceptaque homi-  
num, Es ist eitel vergeblicher vnu-  
tzer dienst. Sed quaedam traditiones in  
Ecclesia fiunt bono fine, nempe prop-  
ter ordinem seruandum. Apostolus e-  
nim non frustra Corinthios monuit, vt  
in Ecclesia omnia decenter & secundum  
ordinem fiant. 1. Cor. 14. In his non quaerimus  
iusticiam, sed rudes quasi paedago-  
gia quadam retinemus in officio, vt dis-  
cant reuerenter tractare sacra. Sic serua-  
mus diem dominicum, sic Episcopus praes-  
cribit ieiunium propter orationem fer-  
uentius celebrandam, statuitur dies quo  
ad audiendum verbum Dei, & percipi-  
enda Sacramenta populus conuenire de-  
bet, praecipua anni festa, de natiuitate, cir-  
cuncisione, passione, & resurrectione, ascen-  
sione Domini, spiritus sancti missione,  
de annunciatione angelica, de Ioane Bap-  
tista, seruamus, vt mysteria Euangelij  
praecipua, quae in ijs commemorantur,  
memos

memorijs hominum efficacius infigantur, & tenacius inhæreant.

Contra huiusmodi traditiones, quæ de rebus medijs constitutæ sunt ordinis gratia, nemo debet concionari, sed eas approbare, ne simplices a talibus cæremonijs & traditionibus deterriti, incipiant omnia pietatis exercitia contemnere, sicut fit, vbi prædicatores sine differentia omnes traditiones reſciunt, vt iam videmus in multis locis populum non intrare templum, vel si intrant nihil curare omnia sacra. Cuius erroris autores sunt indocti & temerarij prædicatores, qui sine modo & sine omnibus cæremonijs & traditionibus reclamant, donec populus etiam contemnere cœpit publicas conclusiones & sacramentorum administrationem.

Ex ijs facile intelligimus, quomodo de cæremonijs & festis sentiendum & loquendum sit caute. Cæremonijs Ecclesia militans in carne carere non potest, quare si non sunt palam aduersarie verbo Dei, sed boni ordinis gratia hætenus  
seruare

seruata sine impia opinione iustitiae per  
eas acquirendae, certe non sunt abijciendae,  
sed pacis gratia custodiendae, ne offen  
dantur simplices. Magni tumulus & in  
finita scandala oriuntur ex huiusmodi ce  
remoniarum mutatione, vt in Historijs Ec  
clesiasticis Eusebii & aliorum clare legi  
mus, quare pius & prudens pastor diligē  
ter cauebit, ne subita talium rerum muta  
tione scandala pariat. Quare Principis  
mandatum est, vt illarum similitudo reti  
neatur, ne vestes Ecclesiasticae, quibus in  
administratione Sacramentorum utimur,  
reijciantur, sed retineantur propter deco  
rum in libertate Christiana.

Similiter Festa non sunt statim abro  
ganda, vt populus assuescat certis saltem  
diebus audire verbum Dei, & sacris inter  
esse, eorumque participatione exerceatur  
ad pietatem.

### QVOMODO CAUTE DE ieiunio loquendum.

**D**Vplex est Ieiunium, quotidianum  
& spirituale. Quotidianum est,  
E quotidianis

quotidiana Christianorum sobrietas & temperantia . Semper enim a crapula & ebrietate cauere debent, iuxta adinonitionem Christi Luc. 21. vt semper integris sensibus queant glorificare nomen Domini. Ad hoc passim vrget scriptura, Ephe. 5. Ne inebriemini vino in quo luxus est, sed impleamini spiritu, loquentes vobisipsis per Psalmos & hymnos & cationes spirituales, canentes & psallentes in corde vestro, Deo gratias agentes semper, de omnibus in nomine Domini, Roma. 13. Abijciamus opera tenebrarum & induamur arma lucis, tanquam in die cōposite ambulemus, non in commensationibus & ebrietatibus. Et carnis curam ne agatis ad concupiscentias. 1. Thesla. 5. Nos qui sumus filij Dei, sobrii simus. Tit. 2. Apparuit gratia Dei salutifera omnibus hominibus, erudiens nos, vt sobrie viuamus etc.

Sed speciale ieiunium est, quando vel tempore magnæ calamitatis vel orationis gratia, homo ieiunium vnius diei aut plurium sibi prescribit, aut Episcopus vel Ma

vel Magistratus ieiunium indicit, sicut  
fecit Iehosaphat Rex Iuda. 2. Paral. 20. Et  
Apostolus 1. Corinth. 7. coniugibus tale  
ieiunium praescribit, dicens. Ne fraude-  
tis vos inuicem, nisi si quid ex consensu  
pro tempore, ut vacetis ieiunio & preca-  
tioni, Et ego existimo Ieiunium quadra-  
gesimale hac de causa, tamen in libertate  
Christiana olim esse seruatum in Ecclesia  
primitiua, ut populus ieiunio prepara-  
retur ad ardentius & attentius orandum,  
ac gratias agendum in coena Domini,  
pro preciosissima morte Christi, qua ab  
omnibus malis in eternum redempti sumus,  
& pro victoriosissima eius resurrectione,  
unde nostra iustificatio & resurrectio  
proueniunt.

Certe sanctus Ignatius, Ioannis E-  
uangelistae discipulus in Asia, Martyr **Ignatius**  
Christi, in Epistola ad Philippenses sic  
ait. Nolite Quadragesimam pro nihilo  
habere, imitationem enim continet con-  
uersationis Dei. Verum non oneravit vir  
sanctus conscientias his oneribus, qui-  
bus nos Papa molestavit, qui praescri-  
psit hoc

E 2      pithoc

pit hoc ieiunium sub peccato mortali, carnes, oua, butyrum prohibuit, quarum rerum nulla est mentio apud Ignatium.

**Hiero.** Diuus etiam Hieronymus contra Montanum hæreticum ait. Nos Quadragessimam secundum traditionem Apostolorum toto anno ieiunamus. Et huius ieiunij sæpe meminit diuus Ambrosius.

*Vel breuius sic.*

Welcher ein Christ ist / der wird gewislich vom geist Gottes bewegt nüchtern vnd messiglich zu leben alle tag / damit das mutwillige fleisch dē geist nicht vberpoltere / Auch wenn er etwas ernstlichs von Gott bitten wil / oder sich zu einer ernstlichen dancksagung inns Herrn Nachtmal schicken wil / so wird er auch zuvor durch anregung des geists Christi fasten / oder messiglich vnd nüchtern leben / Wo ers nicht thut / so ist er noch gar fleischlich vnd ein titel Christ.

Christ. Die erste frome Christenheit  
vor tausent jaren hielten die viertzig  
fasttage/ ein jder nach seiner gelegē  
heit/ Was sind wir fur Christē / das  
wir im jar nicht ein oder zwey mal  
wöllē fasten/ weñ wir zu Gottes tisch  
gehen sollen/ Doch dis alles von der  
besondern fasten sol eine lere vnd ver-  
manung sein / nicht ein gebot / das  
man der cōscientien keinen strick lege.

QVOMODO DE ORATI-  
one caute loquendum.

**Q** Vi vere orare voluerit, in spiritu  
& veritate oret, non tantum ver-  
ba labijs multiplicet. Intente & ex  
fide facta oratio exauditur, Nam Deus  
præcepit orare Lucæ. 18. & promisit ex-  
auditionem Math. 7. Certi igitur aliquid  
pete a patre cœlesti per Christum, siue sit  
spirituale siue corporale, Sed ante omnia  
pete veram & constantem fidem in Chri-  
stum. In petendis rebus ad hanc vitā per-  
tinentibus, vt est sanitas, victus & alia ad

E 3 ijce di

ipse diligenter hanc clausulam, Domine, fiat voluntas tua. Nam ipse nouit quid nobis conducatur, quidue noceat. Et orandum est perseveranter. Exemplum habemus in Christo, qui Lucae 6. in monte orabat & pernoctabat in deprecatione, teste Luca. Et beata virgo Deipara, cum Apostolis vnanimiter in deprecatione perseverabat Acto. 1. Et Paulus in Thes. 2. 5. ait, Indefinenter orate. Et Christus Lucae 18. proposita parabola, de vidua & iniquo iudice, docuit, quod oporteat semper & instanter orare, nec defatigari.

Quod autem Christus Matth. 6. reprobavit orationes Phariseorum, in causa erat ipsorum error & abusus. Bonum & necessarium est orare, sed oportet orare iuxta verbum Dei. Phariseorum oratio erat hypocrisis contra verbum Dei, querebant laudem hominum, publice in plateis orantes. Et erat multiloquium, sine fide & attentione cordis, sicut murmur Papistarum, quando horas Canonicas permurmurant, sine attentione & deuotione. Ideo dicit, Orantes, ne sitis multiloqui sicut



Sicut Ethnici, putāt enim fore, vt ob multiloquium suum exaudiantur. Ne igitur efficiamini similes istorum. Non reijcit igitur Christus assiduam & prolixam orationem, quæ fit ex corde fideli & attento, Sed illud multiloquium labiorum, quando cor nihil serio desiderat & attente, sed tantum labia perstrepunt sine mente.

*Vel sic breuius.*

Welcher recht beten wil / der sol aus rechtem vertrauwē inn Christum von hertzen etwas von Gott begern / wie ein kind von seinem lieben Vater / vnd sol lang oder kurtz beten / nach dem in die not vnd andacht dringet / Wolte Gott / das wir auch eine ganze nacht beten kündten von grund vnser hertzens / Wie Christus thet Luc. 6. Aber wenn man allein viel wort mit dem munde machet / vnd das hertz kein auffmerckē noch ernstlich begird hat etwas von Gott zu erwerben /

E 4

werben/ das ist ein eitel gleisnerey vnd  
Phariseisch geschwetz/ welchs Gott  
nicht haben noch erhören wil/ Den  
Christus spricht Johan. am 4. Die  
rechten anbeten/ das sind die Chri-  
sten/ die werden den Vater anbeten  
im geist vnd inn der warheit.

Conclonator assidue hortetur popu-  
lum ad seriam & perseuerantem oratio-  
nem, & sepe inculcet efficaciam oratio-  
nis Christi fidelis, in hunc vel similem  
modum.

Moses orabat pro populo, & Domi-  
nus per aeneum serpentem subueniebat,  
Nume. 21.

Aaron stabat inter mortuos & vi-  
uentes pro populo orans, & plaga ces-  
savit, Num. 16.

Ezechias orauit cum mortaliter agro-  
taret & exorauit 15. annos Isa. 38.

Vis ora-  
tionis fi-  
delis,

Ecclesia primitiua orabat pro Petro  
capto, & catenæ cadunt, Petrus liberatur  
Acto. 12.

Paulus orat in magna tempestate ma-  
ris,

ris, & vitam exorat. 279. hominibus,  
Acto. 27.

Cornelius ardentem orat, & mittitur  
primo ad eum Angelus dicens, Oratio-  
nes tuæ & eleemosinæ tuæ ascenderunt  
in memoriam coram Deo. Et mox mit-  
titur ad eum Petrus, vt eum in fide Chris-  
tiana instituat, & baptizet, Acto. 10. Scri-  
pturæ talibus exemplis plenæ sunt. Ideo  
in omni necessitate mox orate patrem  
nostrum cœlestem per Christum in fide,  
& dabit vobis petitiones cordis vestri.

QVOMODO CAVTE DE  
Sanctorum cultu sit lo-  
quendum.

**E**Cclesia Christi catholica certe no-  
uit, nos omnes peccatores nasci, &  
ex mera gratia Dei propter Christum  
iustificari & saluari. Dein nouit & confi-  
tetur, quod solus IESVS Christus est  
noster sacerdos apud patrem in cœlis, no-  
ster Mediator & Propitiator, qui solus  
potuit & debuit nos liberare a peccatis.  
E S. morte

morte & potestate Diaboli, & Deo patri reconciliare. Et quia propter sola Christi merita Deus nobis propitius fit, et peccata remittit, & vitam eternam dat. Et Ecclesia nouit, quod inuocare est opus secundi præcepti, quod soli Deo debetur, non ulli puræ creaturæ. Nemo est inuocandus nisi ille, in quem credere oportet, quod possit & velit nos saluare. In solum Deum debemus credere, solus igitur Deus est inuocandus, ut nos ab omni malo liberet, Psal. 49. Inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & tu honorificabis me. Et Christus dicit, Venite ad me omnes, Matth. 11.

Ita nos docet Spiritus sanctus per suum organum Paulum Roma, 3. Iustificamur gratis per illius gratiam, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem Deus proposuit propitiatorium per fidem, interueniente ipsius sanguine.

1 His discimus primo, Nos gratis iustificari per meram Dei gratiam, non per nostra merita.

2 Oportuit tamen esse precium quoddam  
dam

dam tantæ redemptionis & propitiato-  
rem, quo Deus placaretur nobis, & quod  
pro nobis datum, mereretur nobis remis-  
sionem peccatorum, & vitam. Hoc pre-  
cium est ipsemet Christus Iesus, qui suo  
proprio sanguine nos redemit, placavit ira-  
tum Deum, Non cuiuslibet hominis san-  
guis & mors hoc præstare poterant, sed  
soli Christus sanguis hæc nobis emeruit  
bona æterna.

3 Fide efficimur illius precij participes,  
vt ipse sit nostra propitiatio pro peccatis  
nostris. 1. Iohan. 2.

Hinc consequitur irrefragabiliter,  
quod nullus Sanctorum nos redemit, sed  
soli Christus. Ideo propter nullius san-  
cti merita, nobis Deus fit propitius &  
nos saluat, sed tantum propter infinita  
merita Christi, qui est Sanctus sancto-  
rum.

Ergo sancti nō sunt inuocandi, & eo-  
rum meritis non est fidendum. Neq; em̄  
sunt Deus, sed creature. Et nō propitiarūt  
nobis iratum Deum, sed soli Christus.

Et de Sanctorum inuocatione in ca-  
none

none Scripturæ nullum est præceptum,  
nullum cōsiliū, nulla promissio, nullum  
exemplum.

Viuos rogamus, vt pro nobis orent,  
sed non inuocamus eos, nec eorum meri-  
tis fidimus, tanquam ipsi sint qui eripere  
possint, vel propter quorum merita adiu-  
uemur, sed propter Christi merita. Et hęc  
orationem mutuam, qua alter pro altero  
orat, scriptura exigit, habet exempla &  
promissionem exauditionis.

Sed de ijs inuocandis, qui obdormie-  
runt in Domino, scriptura nihil præcipit,  
nec consulit vt eos inuocemus, nec pro-  
mittit in eorum nomine quicquam, nec  
habet exempla, vbi quispiam ex Christia-  
nis inuocauerit defunctos, & exauditus  
sit.

Si sumus Christiani, cur non apertum  
Dei verbum retinemus? cur non Chri-  
stum verum & vnicum Mediátorem &  
Intercesforem apud Patrem amplecti-  
mur, quem solum Pater ipse Propitiato-  
rem nostrum constituit. Et nullum ali-  
um constituit. In solo enim Christi nomi-  
ne pro

ne promittitur nobis iustificatio & salus.  
In nullius sancti nomine promittitur.

Et sanctorum voluntas est conformis voluntate diuinæ quare nolunt diuinos honores a nobis suscipere, qui soli Deo debentur.

### QVOMODO IGITUR CON- sulti sunt sancti?

**C**harissimi fratres, si quis spiritualis est, agnoscat quæ scribo vobis. Honorificentissime de sanctis iuxta scripturas sentiendum & loquendum est Quos enim Deus ipse sic honorat, eos procul dubio honorari vult & a nobis. Sic enim scribitur Psal. 71. iuxta septuaginta Interpretes, de Christianis. Honorabile nomen eorum coram illo. Ipse enim Pater eos pro filiis suis agnoscit, Filius eos vocat fratres & cohæredes, Spiritus sanctus vero sua templa. Ideo passim exempla sanctorum nobis proponuntur consideranda in scripturis. Nonne sancti qui in Christo obdormierunt, sunt cum Christo: qui igitur eos

tur eos non honorat, ipsum etiam Christum in eis contemnit, & gratiam Dei, per quam tales tantique euaserunt, parumpendit. Obsecro, quid sentit ille de sancta Ecclesia, qui nostra cōmembra, iam cum Christo in pace constituta, & de æterna salute certificata non honorat? Christus dixit, angelos Dei gaudere super vno peccatore pœnitentiam agente Luce. 15. Quare proculdubio sancti fratres nostri, miro desiderio desiderant accelerationem nostræ pœnitentię & salutis Et cum angeli pro nobis orent Zach. 1. Verisimile est etiam, sanctos pro nobis orare. Nam charitas eorum erga nos non est diminuta, sed aucta, quamuis hinc non sequatur sanctorum inuocatio, Sicut neque angelos inuocamus, sed solum Christum Deum nostrum.

Honorare tamen sanctos debemus, sicut vetus Ecclesia eos honorauit, quę celebrabat honorifice sanctorum memorias. Gratias egit Deo pro sanctorum liberatione, pro gratia ipsis collata, & pro beatitudine eorum, ac pro eximjs donis,  
quæ



quæ Deus per sanctos in Ecclesiam effusit. Nonne, ut reliquos taceam, per Augustinū Deus Ecclesiam excitat, ut Pauli Epistolas intelligat, quando vir ille sanctus Christum in scripturis tam ardentem quærit, & Pelagianos tam potenter confutat & confundit, doctrina Pauli armatus?

Nonne sancti clarissima gratiæ diuinæ specula sunt, in ijs videmus, quid possit gratia Dei. Quando enim legimus vel audimus eos, qui nobis similes erant, tam mirabiliter & potenter potuisse vincere peccatum, mundum & mortem, mox & nos excitamur ad concipiendam fiduciam tantæ misericordiæ Dei, in Christo promissæ & exhibitæ. Tum illorum exempla nos inflammant ad imitationem, ut Deum pro simili fide oremus & sanctorum virtutes, iuxta vocationis nostræ rationem imitemur. Sic confirmatur in nobis fides in Christum, accenditur charitas, roboratur spes æternæ salutis. Cogitamus eos non esse amissos, sed præmissos ad vitam futuri seculi.

Et hunc

Et hunc articulum, Credo Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, serio consideramus. Non enim exigua consolatio est pio cordi, recordari eorum, qui primum ut nos in mortali carne contra peccatum militarunt, nunquam erepti sunt, & in tuto collocati. Nam nos eos certo sequamur, sumus enim fratres eorum, conciuus sanctorum, & domestici Dei superstructi super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, summo angulari lapide, Ipso Iesu Christo. O beatam illam Dei ciuitatem, in quam tot infantes, virgines, martyresque sunt recepti, ubi videbimus in æternum Apostolos, Prophetas, Patriarchas & iustos omnes, qui ab Adam usque ad vltimum in terris Christianum, in Christum crediderunt. Videbimus angelorum choros, & ipsam superbenedictam genetricem, nobilissimum mystici corporis membrum, denique vnicum illud & æternum gaudium angelorum & hominum Iesum Christum regem gloriæ, & Deum omnia in omnibus. Nōne pia hac tantarum rerum memoria

moria, fides gloriosæ resurrectionis nostræ & vitæ futuræ in nobis excitabitur, aletur & confirmabitur.

Ideo Apostolus nobis pulchrum catalogum sanctorum, quos ex Scripturis constat cum Christo esse, ponit ob oculos Hebr. 11. describens fidem Abel, Enoch, Noah, Abraham, Isaac, Iacob, Saræ, Ioseph, Mosi, Rahab, Gedeonis, Samsonis, Dauid, Samuelis, ut in eis cernamus vim fidei & gratiæ Dei, militiam & victoriam contra mundum, peccatum & mortem, & in fide ac spe corroboremur. Et Hebr. 13. dicit. Mementote eorū qui locuti sunt vobis sermonem Dei, quorum imitemini fidem, considerantes qui fuerit exitus conuersationis illorum Et 1. Tim. 1. Christus Iesus venit in mundum ut peccatores saluos faceret, quorum sum ego. Verum ideo misericordiam sum adeptus, ut in me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam, ad exprimendum exemplar ijs, qui credituri essent in ipso in vitam æternam.

Porro cum Thesalonicenses Ethnicorum

F

corum

eorum more lugerent immodice suos de-  
functos, Apostolus non tollit omnino  
hanc memoriam & curam pro mortuis,  
& memorias pias Christianorum dormi-  
entium, sed eas confirmat, tantum corri-  
git abusum. Nam recordari Christifideli-  
um, qui obdormierunt, pietatis Christia-  
næ est. At Sadducæorum deplorata cæci-  
tas, mortuos simul ex domo et animo ab-  
ijcit, quasi nunquam sint reuicturi, sed pe-  
rituri, sicut bestia pereunt, quibus a mor-  
te corporis nihil superest.

Sed audite verba Apostoli consolant-  
issima. Si credimus, inquit, quod Iesus  
mortuus est & resurrexit, sic & Deus eos  
qui obdormierunt per Iesum adducet cū  
illo. Hæc verba nostræ resurrectionis fi-  
dem maxime confirmant q d. Ablati qui-  
dem ab oculis vestris sunt vestri amici &  
fratres, sed non perierunt. Quam certo e-  
nim Christus resurrexit a mortuis, tam  
certo etiam resurgent vestri amici. Et in  
fine capituli primæ ad Thes. ait. Console-  
mini vos mutuo sermōibus his, Qui erāt  
sermōnes illi, nimirum, Christus resurre-  
xit, Cre-

Xit, Credentes in Christum etiam resur-  
gent, Semper cum Domino erimus, hoc  
est, Mors corporalis nos ad breue tem-  
pus separauit, sed rursus conuiuemus, &  
simul cum Christo in æternum regnabi-  
mus, Was durffen wir vns fast bekum-  
mern der verstorbenen halben, müssen  
wir doch wider alle zusammen kommen,  
vnd darnach hinfurt ewiglich beyeinan-  
der inn freude vnd glori bleiben.

Ita Apostolus Ecclesiam consolatur,  
& ipsa se Apostoli monitis solatur, sermo-  
nibus certis de certissima quiete, pace &  
salute fratrum obdormientium in Do-  
mino.

Ego data opera coniungo sanctos, de  
quorum salute scriptura testatur, & reli-  
quos, quos etiam speramus in fide Chris-  
ti obdormisse. Nam & ipsi, si in Domi-  
no obdormierunt, sancti sunt. Horum  
certe memoria semper in Ecclesia religi-  
ose celebrata fuit. Quare vir Dei D Mar-  
tinus Lutherus in æternum obseruandus  
Præceptor noster, non putat a Christia-  
na pietate alienum esse, si pro nostris de-  
F 2 functis

functis semel atq; iterum ex libera deuotio-  
tione orauerimus. Charitas enim Christi-  
ana mire efficax virtus est, nec se conti-  
net, quin & pro viuis & pro defunctis sit  
solicita, ita vt comembra nostra ex hoc  
seculo emigrantia, pia prece commendet  
Christo Domino ac Deo nostro in ater-  
num benedicto.

Et hec erat olim & est nunc in Eccle-  
sia catholica Memoria defunctorum, que  
euidens testimonium est charitatis, & fi-  
dei de gloriosa carnis resurrectione, & cu-  
sit fidei fructus, que per charitatem ope-  
ratur, nemo eam rejiciet, nisi Epicurei &  
Zadducaei.

Eiusmodi defunctorum memoriam  
celebrauit vetus Ecclesia, vt est apud Or-  
thodoxos, a quorum sententia recedere  
non est tutum, nisi repugnent verbo Dei.

Gregorius Naziazenus Theologus  
in oratione funebri ad Cesarium fratrem  
de matre sua, ostendit memorias defun-  
ctorum celebrari solitas.

Idem ait Gregorius Nysenus. Idem  
Chryso

Chrysoſtomus in ſermone quodam Hoſ  
milis 60.

Ambroſius de obitu Theodoſij Impe  
ratoris Dilexi, inquit, virum, & præſu  
mo de Domino quod ſuſcipiat vocem  
orationis meæ, qua proſequor animam  
piam. Da requiem ſervo tuo Theodoſio,  
illo conuertatur anima eius vnde deſcen  
dit, vbi mortis aculeum ſentire non poſ  
ſit, vbi cognoſcat mortem hanc, non ho  
minis finem eſſe, ſed culpæ.

Et in Concilio quodam Aphricano,  
cap. 8. iubetur fieri defunctorum cōmen  
datio poſt meridiem ſolis orationibus.

Auguſtinus lib. confeſ. 9 cap. 13. ora  
uit pro Monica ſua matre defuncta, &  
ſcribit eādem deſideraſſe memoriam ſui  
ad altare Dei fieri, vbi victima ſancta di  
ſpenſatur, quo Chirographum deletum  
eſt, quod erat contrarium nobis. Et lib.  
de ciuitate Dei, ca. 9. Piorum animæ mor  
tuorum non ſeparantur ab Eccleſia, quæ  
etiam nunc eſt regnum Chriſti. Alioqui  
nec ad altare Dei fieret eorum memoria  
in communicatione corporis Chriſti. Et

F 3 de cura

de cura pro mortuis gerenda cap. 4. aperte innuit supplicationes, quæ fiunt recta fide & pietate pro mortuis non esse obmittendas, Et de hæresibus. 88. ad Quod vult deum hæresi. 53. scribit quendam hereticum nomine Aerium Arrianum dogmatizasse, non oportere pro mortuis orare.

Similiter in lib. de cura pro mortuis gerenda ca. 1. dicit. In precibus sacerdotis quæ domino Deo ad altare eius funduntur, locum etiam habet commendatio mortuorum. Ecce vetustam Ecclesiæ consuetudinem, quæ proculdubio non tales anniuersarios perpetuos & sacrificia pro peccatis defunctorum instituit vt Papa, sed ex libera charitate Christifideles deo commendauit.

Ioannes Damascenus in sermone de ijs qui in fide hinc migrarunt, dicit. Apostoli discipuli Saluatoris in tremendis vitalibusq; sacramentis, Memoriam eorum qui fideliter obdormierunt, habendam esse dixerunt, Et dicit catholicæ Ecclesiæ receptam & generalem obseruationem fuisse.  
Ecclesia



Ecclesia item vetus, religiose celebrauit memorias Christianorū, quos aut scripturarum testimonijs certe nouit, aut ex præcedentis vitæ perspecta pietate non dubitauit apud Christum esse.

Isychius Naziāzeni discipulus in Leuit. lib. 6. capit. 19. Nobiscum, inquit, sunt Prophetæ, & quotquot iusti apud populum Iudaicum fuerunt, in tantum vt memoriam eorum a nobis annis singulis honorentur.

Augustinus de disciplina Christiana cap. 2. Nonne has mortes subierūt, quorum natalitia celebramus, Et contra Faustum Manichæum lib. 20. ca. 21. Populus Christianus memorias Martyrū religiosa sollemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, Ita tamen vt nulli Martyrū, quamuis in memorias Martyrum, constituamus altaria.

Colimus ergo Martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, At illo cultu qui græcæ dicitur Latrĩa, latine vno verbo



bo dici non potest, cum sit quædam proprie diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi vnum Deum. Ipsi enim sancti vel homines vel Angeli, exhiberi sibi nolunt, quod vni Deo deberi norunt.

Idem lib. 3. contra. 2. Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium cap. 8. Sancti omnes siue ab illo antiquo Abel vsq; ad Ioannem Baptistam, siue ab ipsis Apostolis vsq; ad hoc tempus, & deinceps vsq; ad terminum seculi, in Domino sunt laudandi, nō in seipsis, quia illorum vox est, Gratia dei sum id, quod sum. Et ad omnes pertinet, vt qui gloriatur, in Dño gloriē,

Idem lib. confess. 10. cap. 42. Domine quem inuenirem qui me reconciliaret tibi? an eundū mihi fuit ad angelos? qua præce? quibus Sacramentis?

Similia de Angelis honorandis habet Augustinus de vera religione ca. 55. Angelos diligimus & his gratulamur & honoramus eos charitate, non seruitute, nec eis templa construimus, nolunt enim se his honorari a nobis.

Et lib.

Et lib. 22. de ciuitate Dei cap. 10 pie docet, quomodo sanctis Martyribus non debeat exhiberi Latria, aut eis erigi templa, sed soli Deo, Idem agit libro. 1. cōtra Maximum Arianorū Episcopum.

Hieronymus in cap. 3. Sophoniae. Nomen Apostolorum quotidie nominatur in Ecclesia, quotidie magnificatur, non quod ipsis prosit a nobis in Ecclesia nominari, sed quod nos magnificantes nomen eorum, & quæ scripserant, iactitantes, cōsequamur salutem.

*Vel sic breuius.*

Wir sollen Christum vnsern eini-  
gen erlöser / Bischoff / mitler vnd fur-  
sprecher im himel bey dē Vater / an-  
ruffen / zu im vertraulich in aller not  
fliehen / als zum Gnadēstuel / da sich  
Gott allein wil inn gnaden finden las-  
sen / Denn er spricht selbs Mat. 11. Ko-  
met alle her zu mir / die jr mühselig vn-  
beladen seid / Ich wil euch erquickē.  
Vnd die gantze Schrift weiset vns  
zu Christo / der vns allein zum Vater  
§ 5 bringet /

bringet / Er allein ist vnser barmherziger vnd trewer hoher Priester für Gott in den dingen die wir für Gott zu handeln haben / Heb. 2.

Aber die schrift leret nirgent / das wir zu denen / so im Herrn entschlaffen sind / in vnsern nöten fliehen / sie anrufen / vnd hülffe bey inen hoffen vnd suchen sollen. Die Schrift leret aber / das man die Heiligen / als die auserwelten glieder Christi / vnser trewe brüder / sollē sonst ehren / das ist / ehrlich von inen halten vnd redē Gott in inen preisen / vnd sie in Gott loben / der inen solche vberschwengliche gnade bewisen / vñ zu solcher herligkeit erhöhet hat / Vñ lasset vns got solche gnade teglich vrkünden / auff das wir durch diese exempel lernen / vns gleicher gnade vnd hülffe zu vnserm trewē Gott zu versehen / vñ das wir dadurch gereitzt werden / Gott mit ernst zu bitten / das er vns armen sundern / die noch mit dē fleisch kēpfen / auch

fen / auch wölle einen solchen festen  
glauben / liebe vnd hoffnung geben /  
wie die lieben Heiligen hie zeitlich ge  
habt haben / auff das wir auch also  
mügē durch Christum / vnser eigē sun  
digs fleisch / die welt / vnd den bösen  
geist vberwinden / vnd zu den lieben  
heiligen komen / das ist auch gewiss  
lich ir hertzlich sehnen / denn sie habē  
vns lieb / vnd freuen sich vnser frö  
migkeit vnd seligkeit.

#### QVOMODO CAUTE DE

Imaginibus loquendum.

**S**criptura Leui. 26. prohibet fieri ima  
gines, Sed addit notanter, vt adores  
mus eas. Tales igitur Imagines in Ec  
clesia haberi non debent, vt adorentur,  
Sed imagines Christi, beatæ virginis, Pa  
triarcharum, Apostolorū etc. memoriale  
licite haberi possunt, Ad hoc enim pro  
sunt, vt nos moneant, vt dū intueor ima  
ginem crucifixi aut Christi resurgentis,  
statim reuocantur mihi in memoriam,  
saluifica mors Christi, & gloriosa eius re  
surrectio, quarum rerum memoria certe  
& utilis

& utilis est & necessaria. Sic em̄ Grego-  
rius scripsit Massiliensi Episcopo. Quod  
legētibus est scriptura, hoc id. oris prestat  
pictura. Nullū igitur mandatum est in no-  
uo Testamento de imaginibus tollendis,  
sed eis vti possumus ex libertate Christia-  
na, tantum caueatur abusus. Nam si alicu-  
bi eslet imago, ad quam rude & supersti-  
tiosum vulgus accurreret & eā venerare-  
tur & apud eam auxilium quæreretur, hanc  
debet certe Magistratus eius loci tollere,  
ne idolatria committatur. Exemplo Eze-  
chie regis, qui eneū serpentem a Mose fa-  
ctū, cōfregit tandē propter abusum, quia  
populus stolidus cœperat ei diuinos ho-  
nores impēdere, & eū adorare. 4. Re. 18.

#### QVOMODO DE SEPVL- tura caute loquendum.

**A**rticulus nostræ fidei præcipuus do-  
cet, hanc eandem carnē quam nunc  
gestamus, in nouissimo die glorifi-  
cādam & resurrecturam esse in vitā æter-  
nam. Sicut em̄ Christus resurrexit & vlt-  
tra non morietur, ita Christiani omnes re-  
surgere

ſurgere habent cum corporibus ſuis, inſ-  
quit Athanaſius in Symbolo Quare ſe-  
pultura eſt a Chriſtianis religioſe tractan-  
da propter infallibilem ſpem noſtræ re-  
ſurrectionis. Funera ſunt a pijs deducen-  
da, vſq; ad ſepulchrū, & cum corpus ſepe-  
litur, debet Paſtor aut verbi miniſter bre-  
ui concione cōſolari populum, vt primo  
recordetur, nos om̄es in Adam eſſe mor-  
tuos & damnabiles Deinde ruruſus nos  
omnes in Chriſto viuificari, qui om̄ia re-  
ſtituit, quæ prius Adam corrupit & per-  
didit, Ipſe enim mortuus eſt propter pec-  
cata noſtra, quæ om̄ia ipſe ſua morte ex-  
piavit & noſtram mortē aboleuit, Et fa-  
ctus eſt omnibus Chriſti fidelibus Reſur-  
rectio & Vita, qui credit in eum, etiamſi  
mortuus fuerit, viuet, Et omnis qui viuit  
& credit in eum non morietur in æternū,  
Ioh. 11. Corpora noſtra mēbra ſunt Chri-  
ſti, Sicut igitur Deus ſuſcitauit Chriſtum  
dñm & caput noſtrum. Ita & nos ſuſcita-  
bit per potentiā ſuam. 1. Cor. 6. hic tractet  
concionatur locū illum. 1. Theſſ. 4. Nolo  
vos ignorare fratres, vſq; ad finē, vel ali-  
quem

quem locum ex 15. cap. 1. ad Cor. de gloriosa resurrectione Christi & Christianorum, vt articulus ille, Credo huius carnis resurrectionē, firmiter imprimatur cordibus hominū, & fides resurrectionis confirmetur & exerceatur. Recte enim Ambrosius ait super Episto. 1. Cor. 15. ca. Omnis spes credētium in hoc sita est, quod mortui resurgent.

Hæc carimonia honestæ sepulturæ semper fuit in Synagoga & in Ecclesia, & est testimoniū nostrę fidei, q̄ credimus resurrectionē carnis, Et nostrę charitatis erga proximos defunctos, quos credimus nō esse amissos, sed tantū præmissos, non dubitantes, nos in die Domini omnes amicos nostros rursus visuros & mansuros simul cum Christo in æternum.

Erat certe in veteri testamēto horribilis pœna, priuari sepultura, et cadauer proijci sine honore, vt videmus. 3. Reg. 13. 4. Re. 9. Iere. 8. 14. 16. 19. 22. 34. 36. Ezech. 39. Pater noster Abrahamā nōne Saram suā sepeliuit in Hebron honorifice, qui locus sepulturæ Patriarcharum deinceps erat Gen. 23. 26. Similia lege de alijs patribus



Gene. 35. 37. 38. 47. 49. 50.

Nonne filius viduæ cum honore efferebatur extra Nain, Luc. 7. Lazarus honorifice sepultus erat in Bethania.

Sæpe in sepulturis inculcentur populo verba hæc consolatoria vel similia.

Psal. 71. Preciosus erit sanguis eorum in oculis ipsius, & loquitur de Christianis, quorum sanguis Deo curæ est.

Et Psal. 115. Preciosa in cōspectu Dñi mors sanctorū eius, Nō aut̄ esset preciosa si corpus altera pars hoīs non resurgeret.

1. Cor. 15. Corpus seminatur, sepelitur in terram instar seminis, in corruptione, in ignominia, infirmitate, sed resurget in incorruptibilitate, gloria & potentia.

Obsecro vos fratres per Christum primitias resurgentium, vt ad verbum ediscatis 15. cap. primæ ad Cor. vt apud morientes & in sepulturis semper ex eo consolationē in prōptu habeatis, Det vobis Dominus in omnibus intellectum, AMEN.

VITEBERGAE APVD IOANNEM LVFFT.

Gen. 22. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

VITBERG AB A. V. D. J. O. S.  
ALPHEN L. Y. H. T.



ad inquit. Licet si diu potuerit ligula effusioe tamen se suscipiamus. **F**on

**L**ac e core fudere addidit clauit apuz. **V**da pupilli q. gna miseret. **I**quo


**C**is. **A**s ad lenaz fortilium. **I**q. **S**erentib; tanae susculit uictoria. **Q**ya

**M**agies coepl ruit. **C**u qstallit nnt es ad eslu reguatos pperim. **D**ip

**Q**ue clar. **F**loresq; mru chorusei. **B**fellex. **I**figue genule scoz. **A**rok. **I**tru

**M**undo uignu. **C**lar filioi dnicet pusiola nos uuae ptab; **Q**ua





**FORMV-**  
**LAE QVAEDAM, CAU-**  
**TIBET CITRA SCAN-**  
dalum loquendi de præcipu-  
is Christianæ doctrinæ  
locis, pro iuniorib<sup>9</sup>  
Verbi Ministris  
in Ducatu  
Luneburg  
genſi,

**VRBANO RHEGIO**  
**AVTORE,**

*I. Corinth. 10.*  
*Tales estote, ut nullum præbeat*  
*diculum Ecclesiæ Dei.*

**VITEBERGAE,**  
**Anno 1536.**